



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Rvperti Ab-||batis Tvitiensis, Svmmi Disertissi=||miq[ue]
Theologi, sacris du[n]taxat literis omnia probantis, in XII.
prophetas mino-||res, Commentariorum Libri XXXII**

Rupert <von Deutz>

[Köln], M. D. XXVII.

VD16 B 3835

Rvperti Abbatis Tvitiensis In Amos Prophetam Commentariorvm Liber
Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71859](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71859)

COMMENTA. RVPER. ABBA. LIB. I.

conferes manus ut dormias, & ueniet tibi quasi uiator egestas, & pauperies quasi uir armatus. Si uero impiger fueris, ueniet tibi ut fons messis tua, & egestas longe fugiet a te. Quoniam hæc dicta tendunt, nisi ut spem suggerat inopiam, quatinus de adiutorio dei confides properet, exemplo formicæ, maiora humeris suis onera subire, cibumq; sibi parare. Ventura namque est fames pigris & somnolentis, in hoc tempore dormitantibus, & occurret illis quasi uir armatus: quã & Psalmista prospiciens, cū dixisset: Nouit dñs dies immaculatoꝝ, & hæreditas eorū in æternū erit, subiunxit atq; ait. Nō confundentur in tempore malo, & in diebus famis faturabuntur. Tempus malū & dies famis nimirū appellat diē iudicii, qñ mali et pigri, q̄ hic neglexerūt omnē sermonē procedentē ex ore dei, in quo uiuit et sine quo nō uiuit homo, erient et sitient in æternū. Exurgamus igitur etiã ad hãc partē sermonis dei, et quisq; hæc opuscula nostra legerit, exoratur se nouerit, ut cū beniuolis aridēs oculis dicat de nobis illud eiusdē sapientis, formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi.

Pfal. 36.
Dies famis,
Deut. 8.
Prouer. 30

¶ Finis Prologi in Amos prophetam,

RVPERTI ABBATIS
TVITIENSIS IN AMOS PROPHE TAM.
COMMENTARIORVM LIBER PRIMVS.

Verbū dñi factū ad Amos durū Iſrahelī prælagium



Verba Amos, qui fuit in pastoralibus de Thecua, que uidit super Iſrahel in diebus Ozie regis Iuda, et in diebus Hieroboã filij Zoas regis Iſrahel, ante duos annos terræmotus. Amos quod interpretatur populus auulsus ex ipsa sui nominis interpretatione durū præfert prælagium Iſraheli ad quē mittitur, qđ uidelicet proxima captiuitate de terra sua fore et auulsi-

Pastoralia Thecua

lendus, quin aureos colēdo uitulos, a dño et stirpe David, quē elegerat dñs, fuerat auulsus. Huius uerba sunt hæc de uiuo nimirū fonte (qđ est unicū uerbū dei) prolata, et iccirco omni ueritati rerū sequentiū necessario adimplēda. ¶ Qui uidelicet Amos fuit in pastoralibus Thecua. Est autē Thecua uocabulū oppidi, distātis a Bethleem sex milibus ad meridiana plagā, et ultra nullus est uiculus, ne agricolæ quidē casæ, quales Afri appellāt Mapalia, furnis potius q̄ domibus similes. Tanta est heremi uastitas, q̄ usq; ad mare rubrū, Persarūq; et Aethyopū atq; Mædoꝝ terminos dilatatur. Et quia humo arida atq; arenosa nihil oino frugū gignitur, cūcta sunt plena pastoralibus, ut sterilitatē terræ cōpensent pecorū multitudine. Ex hoc numero pastorū et Amos propheta fuit imperitus sermone, sed non scientia. Idem em̄ qui per oēs prophetas spūs sanctus per istū q̄ locutus est. Porro Thecua tuba interpretatur: Vnde et hoc ipsum nomē uiculi multū cōgruit rei, scilicet huic prophete, q̄ nimirū, si bñ auditur, si aures audiēdi habemus, tāta et tā fortis est, ut merito uocel tuba dei. Hæc uerba uidit super Iſrahel, subauditur uenientia uelut grande pondus. Cæterq; nūq; Iſrahel p̄uaricatus fūisset, et iccirco nō aduersa, sed prospera nūciaret, rectius diceret ad Iſrahel siue pro Iſrahel. Vidit autē uisione illa qua possunt uerba uideri, scilicet uisione mentis, q̄ uera uisio est, ob cuius excellentiã et prophetæ dicitur uidētes. Ozias cuius in diebus hæc uidit, cognomēto Azarias dicitur est, rex Iuda, qui indebitū sibi sacerdotiū uendicare conatus, lepra in fronte percussus est, qñ irā dñi nō solū pena eius, sed et terræ motus ostēdit, quē Hebræi tunc accidisse cōmemorant. Ante duos annos illius terræmotus hæc uerba se uisidisse testatur: Cur autē terræmotus eiusdē nunc fecerit mentionē, si ratio quæritur, oportet nias in proximo dicitur: qñ pro necessitate mystici sensus inueniendi, scrutabimur uerticē Carmeli, cur præmissio, dñs de Syon rugiet, et de Hierusalē dabit uocē suā, et luxerunt speciosa pastoꝝ, subiūxit atq; ait, et exiccatus est uertex Carmeli. Porro Hieroboã iste nō est filius Naboth, q̄ peccare fecit Iſrahel, sed filius Ioas, filij Ioathan, filij Iehu, pronepos eiusdē Iehu, sub quo prophetauerūt, Osee, et Iohel, et Amos. Verba ipsa iam nunc ingrediamur.

Visio mentis Ozias. 2. Para. 26

Hieroboã hic pronepos Iehu

L. Bominus de Syon rugiet, et de Hierusalem dabit uocem suam, et luxerunt speciosa pastoꝝ, et exiccatus est uertex Carmeli. Ab eo, quo summa sanctorum prophetarū

phetarum intentio tendit, uerborū suorū iniriū facit, scilicet ab aduentū, qui tunc expecta-
 batur, & euangelio Christi filij dei: & quid propter eius reiectionē siue repulsionē infelici-
 bus euenturū foret Iudæis, mirabiliter atq; terribiliter propheta de pastore assumptus edi-
 cit. Nam dñs de Syon rugiet, hoc est Chrūs dei filius, deus & dñs, homo factus, & mortē
 passus, infernū confringet, & mortē euincet, tanq̄ leo fortissimus, tanq̄ catulus leonis, id ē,
 fortissimus, filius fortissimi dei secundū prophetiā Iacob dicētis. Catulus leonis Iuda, ad p̄-
 dā fili mi ascendisti, Requiescens accubuisti ut leo & quasi lea nā. Quis suscitabit eū? Tan-
 to rugitu emisso de Syon, deinde de Hierusalē (quæ una eadēq; ciuitas est) dabit uocē suā,
 id ē, emittet prædicationē euāgelicā: quod & fieri oportere secundū scripturas, ipse testatus
 est. Quoniā sic scriptū est, & sic oportebat Christū pati, & resurgere à mortuis tertia die, &
 prædicari in noie eius poenitentia & remissionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus
 ab Hierusalē. Quid deinde miseris euenturū erat Iudæis? Nimirū geminū malū, duplex cō-
 tritio, alia tēporalis, alia æterna: siue alia corporalis, alia spiritalis. De tēporali siue corpo-
 rali, & luxerūt speciosa pastorum, inquit. De æterna siue spiritali, & exiccatus est (inquit)
 uertex Carmeli. ¶ Quæ etiā uel quorū speciosa pastorū luxerunt, & quomodo luxerunt?
 Vtiq; speciosa ciuitas illa Hierusalē, quæ & prophetas & ipsum dominū prophetarū occi-
 dit, & augustū in ea templū, quo nihil in orbe fuit augustius, & cætera quæcūq; specio-
 sa siue delectabilia potuerant habere pastores illi falsi, scilicet scribæ & pharisæi, qui se pro-
 fitebantur esse pastores, cū essent lupi rapaces. Luxerunt luctu inconsolabili, circumdanti-
 bus & uastantibus cuncta Romanis, quibus uincens, quicūq; ex Iudæis gladio, fami,
 & igni superesse potuerūt, in omnes gentes captiui ducti sunt. Hæc fuit et est cōtritio tem-
 poralis, contritio corporalis. ¶ Quis porro erat Carmelus, et quis Carmeli uertex, et quō-
 modo exiccatus est? Interpretatio nominis Carmeli rē cito aperit. Interpretat etiā Carme-
 lus, scientia circūcisionis. Ergo Carmelus secundū suū nomē significat circūcisionē, id est,
 Iudaismū carnalē multū in sua scientia gloriantē. Vertex eiusdē Carmeli illa fuit generatio
 quæ saluatorē crucifixit, generatio cuius (ut sapientiā dicit) excelsi erant oculi, et palpebræ
 in altū surtectæ. Illa namq; generatio circūcisionis, summū sibi uisa est esse uel habere cul-
 men scientiæ, ita ut et clauis scientiæ dixerit eā dñs tulisse. Væ (inquit) uobis, quia tulistis cla-
 uim scientiæ. Ipsi nō introistis, et eos qui introibant, prohibuistis. Talis ille uertex Carmeli,
 post rugitū dñi de Syon, et uocē eius de Hierusalē, exiccatus est, quia uidelicet ex tunc ab
 illis recessit omnis ros supernæ gratiæ, et nubibus suis mādauit dñs, ne pluerēt super eos im-
 brem, quia repulerūt uerbū dei, et indignos se iudicauerūt æternæ uitæ. Super illū uerticē,
 id est, super illā generationē omnium cæterarū generationū omnia peccata uenerūt, secundū
 sententiā ipsius dñi, qui cū dixisset: Ecce ego mitto ad uos prophetas et sapientes et scribas,
 et ex illis occidetis et crucifigetis, etc. subiunxit atq; ait. Vt ueniat super uos omnis sanguis
 iustus qui effusus est super terrā, à sanguine Abel iusti, usq; ad sanguinē Zachariæ filij Ba-
 rachiz, quē occidistis inter templū et altare. Amen dico uobis, uenient hæc oīa super ge-
 nerationē istā. Sequitur ergo. **Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Ba-
 malsci, et super quatuor non conuertam eum, eo q̄ triturauerit in plaustris ferreis
 Balaad.** Hæc est contritio æterna, contritio spiritalis in eo q̄ dicit, non conuertā eum.
 Quem etiā dicit eū, nisi uerticē Carmeli, id est (sicut iā diximus) superbiā scientiæ circūcisio-
 nis, cuius illa generatio uertex quidā extitit, nēpe cū dicit, non conuertā eū, non licet subau-
 dire Damascū, cū Damascus sit fœminini generis, sicut et cū dicitur, super tribus sceleribus
 Gaza, et super quatuor non conuertā eū, nō licet referrī ad Gazam, cū Gaza nomen ciui-
 tatis et fœminini sit generis. Et sicut cū dicitur, super tribus sceleribus filioꝝ Ammon et su-
 per quatuor nō conuertā eū, nō conuenit singulariter eū referrī ad pluralitatem filioꝝ Am-
 mon. Igitur non conuertā eū cū dicit, subaudiri necesse est Carmelū siue uerticē Carmeli,
 id est, populū Iudaicū circūcisum, maximeq; illā, quæ dñm crucifixit, generationē eiusdē
 populi, cuius scientia denotatur reprehensibilis ex interpretatiōe (ut iā dictū est) nois Car-
 meli. ¶ Nec erit leuiter ac sine magnæ indignatiōis pondere illa generatio hic dicitur uer-
 tex Carmeli, sed eodem spū, et eadem ira, qua et diabolus sub nomine principis Tyri, in p̄-
 pheta propter p̄sumptionem scientiæ dicitur Cherub, quod interpretatur plenitudo scien-
 tiæ

Dominus de
Syon rugiet.

Gen. 49.

Lucæ. 24

Speciosa pas-
storū Hierl'm

Vertex Car-
meli scribæ,
& pharisæi.

Prouer. 30

Lu. 11.

Mat. 23

Non conuertam
eum.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. I.

Ezech. 28. entia. Tu (inquit) signaculū similitudinīs, plenus sapientia, & pfectus decore, in delicijs paradysi dei fuisti. Tu Cherub extensus & protegēs, & posui te in monte sancto dei. Itē. Et erieci te de monte dei, et pdidi te d Cherub protegēs de medio lapidū ignitorū. Homo quoque cui psuasit in p̄ciū transgressionis scientiā plenariā, dicēdo, & eritis sicut dii scientes bonū & malū, sup eodē uitio denotā in ligno p̄uaticatiōis, dū pro eo qd accidit, nomē ironice ascrip̄tū est illi, ut diceret lignū sciētia boni & mali. Ita nimirū p uerticē Carmeli, secūdū iā dīcā interpretatiōē, terribiliter hic denotari arbitramur supbiā illius generatiōis siue circūscisionis nimirū de sciētia p̄sumētes: cuius tāta p̄sumptio, ut Christū uirtutē & sapientiā dei speraret se circūuenire posse dolis, & ita exinanire cōsiliū dei, ut illū q uenisset benedictus in noie dñi, faceret haberi maledictū in manu legis dñi, pro eo q̄ dixerat lex, q̄a maledictus est à deo q̄ pendet in ligno. ¶ Proinde terribiliter dicitū, & cū metu ac reuerētia cogitādum, q̄ propter scelera Damasci, propter scelera Gazæ, propter scelera Tyri, propter scelera Edom, propter scelera filioꝝ Ammon, propter scelera Moab, propter scelera Iuda, & propter scelera Israhel, sic iudicet dñs & dānet illū uerticē Carmeli, ut nō conuertat eū, id est, omnino repellat, & cæcitati tradat eū secundū alterius prophetiæ testimoniū, qua idē dñs dicit. Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua, ne forte uideat oculis suis, & auribus suis audiat, & corde suo intelligat, & cōuertatur, & sanē eū. Quis hoc animaduertere potisset, nisi dñs ipse in luce euangelij cōsonanter & manifestius dixisset, illud qd iā p̄missum, ut ueniat sup uos oīs sanguis iustus, q̄ effusus est sup terrā à sanguine Abel iustitē q̄. Amē dico uobis, ueniēt hęc oīa sup generatiōē istā. Deniq; si oīa, ergo & Damasci & Gazæ Phylistiim & Tyri & Edom & Moab & patrū suoꝝ Iuda atq; Hierusalē scelera uenire debuerūt sup generatiōē illā secūdū prophetiā hęc. ¶ Porrò quauis dicātur uenire sup illius generatiōis uerticē, nō tamē remoueri dicitur ab eis dē, quoꝝ prioꝝ scelera fuerunt, uel à qb̄us incepta sunt. Nā & illi onus suū singuli portare debuerūt, illa autē infelicissima generatio, & onera omniū illorū, & suū debuit portare onus propriū. Vere generatio infelix, in malū tēpus separata, quēadmodū hic idē propheta quodā loco, cū exclamasset, uæ q̄ opus leni estis in Syon, inter cætera subiunxit. Qui separati estis in diē malū, & appropinquati solio iniquitatis. Nepe sicut dñs noster ap̄los suos beatificās & dicens, Ego misi uos metere qd nō laborastis, aliij laborauerūt, & uos in labores eorū introistis: mercedē illorū nō excludit qui laborauerūt & nō messuerūt, uidelicet sc̄i oꝝ patriarchaz, q̄ expectauerūt, & nō acceptis promissionibus omnes defuncti sunt: sed istoꝝ p̄fert qui sine labore expectationis p̄sum p̄sentē beatīs oculis uidere meruerūt. Ita nimirū cū dicit, Venient hęc omnia sup generatiōē istā, p̄cā Damasci & cæteroꝝ nō aufert, sed generatiōis eius dē, quæ mētra illorū impleuit, maiore fore censet. Iam literæ ordinē prosequamur. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor nō conuertā eū. Recte in initio scelera ponit Damasci, quia uel licet à Damasco initiū fuit sanguinis, de quo dñs ait, ut ueniat sup uos oīs sanguis iustus qui effusus ē sup terrā à sanguine Abel iusti. Is nāq; locus eē dicitur, ubi Cain eundē Abel occidit, & ex eo traxisse causam nominis sui. Damascus nāq; bibens sanguinē interpretat. ¶ Cōputanda iā hic sunt scelera tria, & quatuor, & designāda qualitatibus proprijs. Primum scelus est uoluntas peruersa, q̄ & si opere cōplere nequeat, tamē scelus utiq; est. Vnde & propter odium, qm̄ & occidendi uolūtas est, iā quisq; dicitur & est homicida. Omnis em̄ qui odit fratrem suū, homicida est. Iam ergo mortuus est qui odit, sed mors eius intrinsecus latet, & rursus ad uitā cōuertī potest, sicut illā puellā dñs suscitauit, quæ nondum erat elata, sed in domo iacebat. Secundū scelus est, uolūtatē opere cōpleuisse, & hoc facto mortuus est peccator, & foras elatus. Sed adhuc suscitari potest, sicut illū iuuenē dñs suscitauit, qui per portū ciuitatis mortuus efferebatur. Tertiū scelus ē opus malū in cōsuetudinē uertisse, & tūc peccator mortuus & sepultus est. Sed adhuc ad uitā suscitari potest, sicut Lazarū sepultū iam quattuor dñs suscitauit. Quartū scelus est, in suo sibi peccato cōplacere, deo q̄ ad p̄nitentiā reuocanti, & legi eius redarguēti, superbiæ spū resistere. Hoc scelus diabolice incurabile. ¶ Psal. 11. mus, labia nostra à nobis sunt, q̄s noster dñs est: Hoc scelus perpetrare & sic loqui, est dīcere uerbū cōtra sp̄m sanctū, & nō remittet neq; in hoc seculo neq; in futuro. Nō placet sc̄i spiritū

spiritui, ut conuertat illū qui se in hoc scelus erexit. Nunc iā literæ huius distinctionē siue tenorē diligenter attendamus. ¶ Super tribus (inquit) sceleribus Damasci & sup quatuor. Nō dicit, sup tribus sceleribus & sup quatuor Damasci, sed nomē Damasci tribus & quatuor interponit: & tria & quatuor scelera subiūgit. Hic tenor in oibus uigilāter cōsiderādus est. Ita em̄ sup tribus sceleribus Gazæ dicit, demūq; & sup quatuor, adiūgit. Sup tribus sceleribus Edom (ingit) ac deinde & sup quatuor ait. Sic oino & in cæteris. Nusq; tria & quatuor scelera cōiungit. Q; si faceret & tria & quatuor uiderentur esse scelera Damasci & Gazæ & Tyri & Edom, & filioꝝ Ammon, & Moab, & Iudæ, & Iſrahelis. Nūc aut̄ hoc ppendere op̄a precū est, q; singuloꝝ illoꝝ, Damasci uidelicet & cæteroz, tria tm̄ scelera sint: quatuor uero uerticis Carmeli. i. sæpeditæ generatiōis, cuius tēpore dñs uenit. Deniq; nec illa quartū scelus habuisset, nisi dñs ad eā uenisset, sicut & ipse testatus est. Si nō uenissem & locus fuisset eis, p̄tm̄ nō haberēt: Nūc aut̄ excusationē nō habēt de p̄tō suo. Itē. Si opa nō fecissem in eis q; nemo alius fecit, p̄tm̄ nō haberēt. Nūc aut̄ & uiderūt & oderūt & me & patre meū. Igit̄ qm̄ dñs ad Damascū, ad Gazā, ad Tyrū, ad Edō, ad filios Ammō, & ad Moab nō uenit: sed neq; ad Iudā, neq; ad Iſrahel prioribus tēporibus uenerat, sicut uenit in tpe illius generatiōis: tria tm̄ sunt scelera Damasci & cæteroz, quatuor aut̄ uerticis Carmeli, id ē, illius malæ & adulteræ gnatiōis Iudæoz, siue scribarū & pharisæoz, q; filii dei & opa eius uiderūt, ip̄m̄q; & patre ipsius oderūt. Deniq; & Damascus & Gaza & Tyrus & Edō, & filij Ammon & Moab, tria hæc scelera, malā uolūtātē, & malū opus, et malī opis cōsuetudinē habuerūt: sed de quarto, i. de supba defensione scelerū aliquā habere defensionē sibi uideri possunt, q; neq; Christū uiderūt, neq; patre eius bonū cognouerūt, sed neq; legē eius uel scripturā redarguentē audierūt. Iuda quidē et Iſrahel añ generationē illā legē habuerūt et transgressi sunt, atq; in trāsgressionis suæ defensionē prophetas occiderūt: ueruntamē nō ita, sed in cōparatione illius sæpeditæ generatiōis, multo magis excusabiles sunt. Etenim et de Iuda et de Iſrahel qualiacūq; exēpla sunt, q; p̄nitentiā egissent, si factæ fuissent uirtutes in illis q; in illa generatiōe factæ sunt. Deniq; et Achab rex Iſrahel, cū audisset sermones dñi p̄ Helīā Thel biten, pro sanguine Naboth quē occiderat, p̄nitentiā egit, ieiunauitq; et dormiuit in sacco, et ambulabat demisso capite. Et iccirco nō inducā (ait dñs) malū domus eius in diebus eius. Et Manasses rex Iuda, cū impie gessisset, multūq; sanguinē innoxii fudit, postq; coangustatus ē, orauit dñm, et egit p̄nitentiā ualde corā deo patrū suorū. Illa aut̄ generatiō (de q; nūc sermo ē) neq; sicut Achab rex Iſrahel de futuris malis p̄cedēti dño credidit, neq; sicut Manasses rex Iuda, postq; mala ipsa uenerūt propter tātas angustias, p̄nitentiā egit, q; uis perirēt fame, gladio, et igni: q; uis q; erāt residui, ducerent in oēs gētes captiui. Cæteris q; in hoc loco p̄scribunt, Damasco, Gazæ, Tyro, Idumææ, filijs Ammon, q; si annūciatū illis fuisset, testis ē ipse dñs, q; p̄nitentiā egissent: Cū em̄ exprobraret ciuitatibus, in q; bus factæ sunt plurimæ uirtutes eius, q; egissent p̄nitentiā. Væ tibi (inquiens) Corozaim, uæ tibi Bethsaida, subiūxit atq; ait. Quia si in Tyro et Sydone factæ essent uirtutes, q; factæ sunt i uobis, olim i cinere et cilicio p̄nitentiā egissent. Qd̄ de Tyro testatus ē, hoc idē de cæteris ciuitatib; siue gētibus, iter q̄s Tyrus tertio loco hic noīatur, licet itelligi. ¶ Q; si q;ras, cur ergo nō fuit annūciatū illis, q;re uirtutes nō sunt factæ in illis, qm̄ crederēt et p̄nitentiā agerēt: Breuiter hic pro tpe rñdendū est, q; deus de tali illorū p̄nitentiā nō curauit, aut curare debuit, q; nō ageret pro æterna salute futuri seculi, sed pro uitāda aduersitate, pro retinēda prospitate uitæ p̄sentis. In hoc dūtaxat cū c̄tis illis gnatiō sæpeditæ magis iexcusabilis extitit, et sceleratior cū c̄tis illis, q; neq; tp̄alis miseræ cōminatiōibus (quā illaturi erāt Romani) neq; æterni iudicij, uel gehēnæ ignis auditui dño p̄nūciāte credidit: sp̄ incredula, sp̄ dura ceruice rebellis. Igitur tria tm̄ Damasci et cæterorū, uerticis aut̄ Carmeli quatuor scelera sunt: ga quartū est cor impcniēs, siue rebellio atq; defensio scelerū. ¶ Porro tria et quatuor, septē sunt, q; nūerus impar insolubilis, neq; em̄ in partes æquas p̄t resolui, sicut plerūq; uniuersitatē significat, ita in Cain, q; Typus fuit illius generatiōis, insolubilē siue interminabilē uin dictā designat, dicendo Lamech, Septies ultio dabitur de Cain: de Lamech uero septuagies septies. Et quidē uindicta uidetur extendi, cū dicitur de Lamech, septuagies septies, quia numerus prolixior est: sed ecōtra solubilē significat ultionē de Lamech, quia nūerus

Tria scelera, alior: Verticis Carmeli, quatuor.

Iohan. j.

3. Reg. 21.

Mat. 11.

Mysterium i numeris. VII. & LXXVII. Gene. 4.

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

solubilis est: septies uero insolubile ultionē de Cain, q̄a n̄erus insolubilis est. Deniq; septē nullus alius metitur n̄erus p̄ter unitatē, septuaginta septē aliq; q̄q; metiūt̄ n̄eri, uidelicet septē & undecim. Nā septies undecim, siue undecies septē, septuaginta septē sunt. Itaq; cū dicitur, septies ultio dabitur de Cain, insolubilis, & iccirco maior ultio denunciā: dicēdo autē, de Lamech uero septuagies septies, solubilis, & iccirco minor uindicta modus apponitur. Proinde cū dicit dominus, sed omnis qui occiderit Cain, septuplū punietur, subaudiendū est, nisi p̄nitentiā egerit. Et in lege quotiēs dicit, qui hoc uel illud fecerit, morte moriā. Et in Euāgelio, oēs em̄ qui acceperint gladiū, gladio p̄ibunt, necessarios uel uindictaē n̄erā. Et in Euāgelio, oēs em̄ qui acceperint gladiū, gladio p̄ibunt, necessarios uel uindictaē n̄erā.

Matt. 26
Lamech.
Gene. 4.
Cain.

est, nisi p̄nitentiā egerint. Iste cor nō p̄nitēs se habuisse ostendit, qui neminē uocāte in ius, reū se esse confessus est, quoniā (inquiens) occidi uirū in uulnus meū, & adolescentulū in liuore meo: Ille autē & requisitus domino, negauit, proterue dicens, nescio, nūquid tuus frater mei sum, & conuictus desperauit, maior est (inquiens) iniquitas mea, q̄ ut uentū merear. Igitur & generationis illius ultionē interminabile significat hic n̄erus septenarius, cū dicitur, sup̄ tribus sceleribus gentiū istarū, & sup̄ quatuor nō cōuertā, q̄ idē est actū dicitur. Propter omnē sanguinē iustū q̄ effusus ē sup̄ terrā, proiciā generationē illā, qm̄ tribus sceleribus alienis addēdo sua quatuor, sicut patrū suorū, ita & omniū gentiū mēsurā impleuerūt.

Tria scelera
Damasci.

¶ Scelera Damasci in hoc uno facto cōprehēdit, eo q̄ tritauerit in plaustris ferreis Galaad. Hoc Damascū fecisse cōstat, regnāte Azahel secūdū prophetiā Helizei, Scriptū est em̄ Stetitq; cū eo & conturbatus est usq; ad suffusionē uultus, fleuitq; uir dei. Cui Azahel ait,

4. Reg. 3.

Quare dñs meus flet? At ille r̄ndit. Quia scio q̄ facturus sis filijs Israhel mala: Civitates eorum munitas igni succēdes, & iuuenes eorū interficies gladio, & paruulos elides, & pregnātes elides. Dixitq; Azahel, Quid em̄ sum seruus tuus canis, ut faciā rē istā tā magnā? Et ait Heliseus, Ostēdit mihi dñs, te regē Syriā fore. Factū est ut propheta p̄dixerat, & in facto eius

Primū.

tria scelera, de q̄bus supra dictū est, hoc modo distinguunt. ¶ Primū scelus ultronē eius odiū fuit, q̄ aduersus populū dei cor suū indurauit, nihil ab eo latus, imō & deo & prophetis

3. Reg. 19.

eius ingratus, Helisei scilicet & Heliseo, p̄ q̄s fuerat rex p̄signatus. Nā ad Heliam dñs. Vade, & reuertere in uia tuā p̄ desertū in Damascū. Cūq; puenieris illuc, unges Azahel regem sup̄ Syriā. Ad Heliseū autē idē reuelatū fuerat, cū diceret ad eū (ut iā p̄missum ē) ostēdit mihi

Secundū.

dñs te regē Syriā fore. ¶ Secundū scelus fuit, q̄ odiū illud ope expleuit, dū cōtra regē Israhel Achab ad p̄liandū in Ramoth Galaad ascēdit, mala utiq; reddēs pro bonis, sicut & p̄cessor eius Benadab. Quid em̄ boni fecerat cū illo rex Israhel? Victi Syri cū dixerūt. Ecce

5. Reg. 20.

audiuimus q̄ reges domus Israhel clemētes sint. Ponamus itaq; saccos in lūbis n̄ris, & funiculos in capitibus n̄ris, & ingrediamur ad regē Israhel, forsitan saluabis aīas n̄ras. Egressus est ergo ad eū Benadab, & leuauit eū in currū suū. Qui dixit ei, Civitates quas tulit p̄ me usq; ad patre tuo, reddā, & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit p̄ me in Samaria, & ego scederatus recedā a te. Pepigit ergo scēdus & dimisit eū. Hoc scēdus uterq; irrupit, q̄a propter Ramoth Galaad, q̄ ciuitas erat Israhel, uterq; Benadab scilicet & Azahel, suo quicq;

Tertium.

tēpore, ad p̄liandū cōtra Israhel ascēdit. ¶ Tertium scelus eiusdē Azahel regis Syriā siue Damasci illud fuit, q̄ nō una uictoria cōtentus in Ramoth Galaad, quotienscūq; & quātūcūq; potuit, percussit Israhel, & cōcidit in uniuersis finibus eius, sicut post modū eadē sacra historia

4. Reg. 10.

testat. Et percussit eos (ingit) Azahel in uniuersis finibus Israhel, a Iordane cōtra orientāle plagā omnē plagā Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Azoer q̄ est sup̄ torrentē Arnon

Galaad.

& Galaad & Basan. ¶ Porro Galaad interpretatur aceruus testimoniū, significatq; hoc nomen martyres, id est, testes Christi, quorū in p̄secutione ille saepedictus uertex Carmeli superauit crudelitātē huius Damasci siue regis Damasceni, & tria eius scelera quatuor suis sceleribus abundātius impleuit. Proinde sicut oīs sanguis iustus, ita ille, quē tūc Damascus fudit, sup̄ illā uerticē uenire debuit. Sed iā hic quæri p̄t, quō inter sanguinē iustū sanguis ille

Questio.

possit reputari, quē tūc Damascus effudit: Certū est em̄, q̄a tūc tēporis miserabilis Israhel mirū idolatriæ cultibus sordebat, quā ob causam tradebat in manū hostiū, iustā dñi iustitias

Responsio.

irā. Ad hoc breuiter r̄ndendū, q̄a tūc q̄q; in Israhel nō nihil iusti sanguinis erat, testatē dñi cum dicit ad Heliam. Et derelinquā mihi in Israhel septem milia uirorum, quorum gentes non sunt incuruata Baal. Septenario numero milium uniuersitas significabatur illorū, qui

3. Reg. 19.

etiam

etiā in illo tēpore malo, regnātib⁹ Achab, & Iezabel, impietati nō cōsensērūt, latētes apud semetipfos, & colētes deū uerū, deū patrū suorū, Ex illis nōnullos ille Damasci beluinus fu-
ror tritaurauit. Ceterū & in omnibus, quos peruagādo dissecuit, nō merita uitæ, sed ueri dei
mentionē tam illi q̄ & ceteri persecuti sunt inimici: hoc maxime inuidētes, q̄ dicerentur
habere deū uerū, secundū inuidiā Cain, qui fratrem suū odio habuit, ob illā solummodo cau-
sam, q̄ uisus est illi dignior esse cultor dei. Ego nec illorū sanguinē ab omni sanguine iusto,
qui effusus est super terrā, ratio excipit, sentitq̄ iudicio dñi uenisse super illū Carmeli uerti-
cem, ut excicaretur, & ut nō conuerteret eū dominus, id est, super illius tēporis populū lu-
daicū, sub quo, & à quo dñi & prophetarū, sapientiumq̄ & scribarū, quos ipse misit, sanguis
est effusus, occidendo, crucifigendo, flagellando, & de ciuitate in ciuitatem persequendo.
Sequitur. **L. Et mittam ignē in domū Azahel, & deuorabit domos Benadab, & con-
teram verticē Damasci, & disperdā habitatorē de domo idoli, & tenentē sceptrum
de domo uoluptatis, & transferetur populus Syrię Cyrenen, dicit dñs.** Sicut iam
supra dictū est, cū dicit dñs, oia uenire sup generationē illā à sanguine Abel iusti, quā itelli-
gimus perexccatū uerticē Carmeline qua q̄ tamē à pœnā liberi uel imunes sunt quicunq̄
sanguinē iusti fuderūt, sed in proprijs personis pœnā quoq̄ receperūt, cuius uidelicet pœ-
næ sicut & culpæ, nōnullā hæreditatē generationi illi transmiserūt. Itaq̄ qd̄ nūc ait, & mit-
tā ignē in domū Azahel, &c. sic de illa Damasco & de illa Syria facta intelligamus sup tri-
bus sceleribus suis, id est, propter tria scelera sua, q̄ iā supra diximus, ut ignē illū & dispersio-
nē, qua illa generatio disperit sup eis tribus sceleribus Damasci, & quatuor, q̄ suo tempore
adiicit, pariter respiciamus. Legimus quippe qd̄ Teglati Falasar rex Assyrius, interfecto
Rasin rege Damasci, omnē Syrię pplm̄ in Cyrenē trāstulerit, Ob hoc nūc ait, & cōterā ue-
stē Damasci, & disperdā habitatorē de domo idoli, omnē uidelicet Syrorū fortitudinē, qua
ueluti quodā uecte aduersarios impetus summovebat: & ut ostēderet uana idolorū auxilia
cū pplus Damasci Assyrio ueniēte caperet, signatē ait, & disperdā habitatorē de cāpo ido-
li. Simulq̄ luxurię populū arguit, dicēdo & tenentē sceptrū de domo uoluptatis, quē intelli-
gimus Rasin. ¶ Quod autē p̄missum ē, & mittā ignē in domū Azahel, & deuorabit domos
Benadab, dat intelligi, qd̄ Azahel, regnātib⁹, Ozia & Hieroboā, iā i Syria mortu⁹ erat, &
ei in regnū successerat filius suus Benadab: à quo postea oēs reges Syrię & Damasci Bena-
dab uocabulū possederūt. Quapropter nō dixit, mittā ignē in Azahel, sed in domū Aza-
hel, id est, in domū eius regiā, cui Benadab filius eo tēpore præerat. Veruntamē hoc aper-
te scriptura nō dicit, qd̄ ignis materialis domū eius cōflagrauit, siue qñ regnate iā dicto Be-
nadab filio Azahel, Ioas filius Ioahaz Syriā pcussit: siue qñ rex Assyriorū, Rasin interfecit.
Sic enī scriptū est: Mortuus est autē Azahel rex Syrię & regnauit Benadab filius eius pro-
eo. Porro Ioas filius Ioahaz tulit urbes de manu Benadab filij Azahel, quas tulerat de ma-
nu Ioahaz patris sui iure plij, tribus uicibus pcussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israheli.
Ascēdit enī rex Assyriorū in Damascū, & uastauit eā, & trāstulit habitatores eius Cyre-
nen, Rasin autē interfecit. Nusq̄ hic uel illic mentio fit ignis, ut possimus ostēdere materia-
lis incēdiū magnitudinē, secundū altitudinē prophetici p̄conij. ¶ Simulq̄ notandū, qd̄ con-
tra omnes istas sceles declamatiōes (excepto loco octauo, ubi dicitur, sup tribus sceleribus
Israhel) eadē pœnā ignis eodē modo subscripta est, & mittā ignē in domū Azahel, & deu-
orabit domos Benadab, & mittā ignē in murū Gazæ & deuorabit ædes eius, & mittā ignē
in Theban & deuorabit ædes Bosræ, & succendā ignē in muro Rabath et deuorabit ædes
eius, et mittā ignē i Moab et deuorabit edes Carioth, et mittā ignē i Iudā et deuorabit edes
Hierlm̄. Itē sunt septē uindictę ignis, scđm̄ tria et quatuor scelera, q̄bus ois iusti sanguinis mē-
surā Iuda siue Hierlm̄ illa sæpēdicta gnatiōe impleuit, cuius materialē ignē siue incēdiū to-
tus orbis audiuit. Quapropter si historia deficit, q̄ materialis ignis scđm̄ p̄phetiā hāc illis et
illis ædibus atq̄ muris imissus possit ostēdi, nihilominus, imō et multo magis, ueritatē p̄phe-
tię miremur atq̄ ueneremur adimpletā, iuxta subtilitatē suę intētiōis: q̄a nimirū q̄rū scelera
gētiū iplēuit, earundē uindictas igneas illa infelix generatio sup semetipsam trāstulit, ignē
q̄ cōmeruit, qui hic incipiens, nullū haberet finē, secundū illā in Deuteronomio dñi sententia
qua dixerat, Ignis succēsus ē in furore meo, et ardebit usq̄ ad inferni nouissima, Sequitur.

Gen. 4

Benadab regnante scripsit Amos.

4. Reg. 15

4. Reg. 16

Septē hic uindictę ignis.

Deut. 32

L. Dec

COMMENT. RUPER. ABBA. LIB. I.

Haec dicit dominus. Super tribus sceleribus Baze, et super quatuor non conuer-
 ta eum, eo quod transfulerit captiuitatem perfectam, ut concluderet eam in Idumaea, et mittam
 ignem in murum Baze et deuorabit eades eius, et disperdam habitatores de Azoto, et te-
 nentem sceptrum de Acalone, et conuertam manum meam super Acharon, et peribunt reliqui
 Philistinorum, dicit dominus deus. Quinque ciuitates Philistinorum plerisque locis nomi-
 nate sunt, Exepli gratia, ut illic: Hi sunt autem anni aurei, quos reddiderunt Philistinum pro delicto suo
 Azotus unum, Gaza unum, Acalon unum, Geth unum, Accaron unum. Istas hic omnes
 praeter unam Geth sermo propheticus nominatim commemorat, sed eandem uidelicet Geth
 non omnino preterit, dum caeteris nominatis tandem ait, et peribunt reliqui Philistinorum. De
 ista gente, id est, de Philistinum, hoc sciendum, quia filii Israel ascendentes de Aegypto per
 mare rubrum prima inuidit. Primam enim hanc inter caeteras gentes tunc temporis nominatam au-
 dimus in illo dolore inuidiae ex cantico Moysi: Ascenderunt (inquit) populi et irati sunt, do-
 lores obtinuerunt habitatores Philistinum: Tunc conturbati sunt principes Edom &c. Inter do-
 lentes dolore inuidiae, primos posuit habitatores Philistinum. Videretur ergo in ordine gen-
 tium sceleratarum prius debere posuisse scelera Philistinum quam scelera Damasci siue Syriae. Sed
 ad hoc sciendum, quia etiam ante exitum de Aegypto, immo et ante discessum Israel in Aegyptum
 Syriam in persecutione sanctorum proprius liuor excitauit, testante eodem Moysi, cum in Leu-
 itonum dicit. Suscipiensque sacerdos cartallum, ponet ante altare Domini dei tui, et loqueris in
 conspectu Domini dei tui. Syrus persequatur patrem meum, qui descendit in Aegyptum, et
 ibi peregrinatus est in paucissimo numero, creuitque in gentem magnam et robustam: &c. et
 Gene. 31. Syrus (inquit) id est, Laban de Mesopotamia Syriae, assumptis fratribus suis persecutus est
 patrem meum Iacob, quem et comprehedit in monte Galaad, sed uidit in somnis dicentem deum
 Caue ne quicquam asperere loquaris contra Iacob. Illa persecutio Syriam tunc, et periculosa fuit
 et magna persecutionem significauit, quia iam humiles persequi incipiebant superbi secundum
 interpretationem ipsius nominis Syri. Syrus namque interpretatur sublimis. Recte igitur non ante sed post
 Syriam siue Damascum hic ponitur Philistinum, non ob istam solummodo causam, uerum etiam quia sic
 superius dictum est, ubi inuitum est uisum est iusti sanguinis, quoniam frater suum Abel iustum Cain inuis-
 tus occidit. Itaque recte dicitur, cur in capite condemnationis Philistinum, Gaza potius quam Azotus
 siue Acalon aut certe Accaron posita sit, dicendo, super tribus sceleribus Gaza. Ad quod
 dicitur, quia Gaza potius Iudaici sceleris simul et damnationis triste praesagium praetulit, uidelicet in eo
 quod apud illam Sanson fortissimus et occubuit et plures, quam uiuus occiderat, mortuos occidit.
 Quo tandem in facto Gaza siue Philistinum scelera, quae de numero iam dictum est, denotant: Eo quod
 (inquit) transfulerit captiuitatem perfectam, ut concluderet eam in Idumaea. Hoc uidet dicere, quod Gaza
 captiuitatem ex populo Iudeorum duxerit, et quod Idumaeis uendidit quos ceperat ex Iudeis. Verum hoc
 etiam factum est, tamen non tam clare factum est, nec tanta captiuitate, siue uenditione, multitudine, ut sacris
 historiis traditum sit, atque ideo res minor uidetur, quam ut prophetica declamatio siue conuersione
 digna sit. Altius ergo quaerendum, quod Gaza siue Philistinum, conspiratione habita cum Idumaeis,
 contra populum dei fecerit. Iam ante dictum, quia filii Israel ascendentes de Aegypto per mare ru-
 brum, gens Philistinum prima inuidit. Sciendum autem nec dubium est, quod si Idumaei, filii uidelicet
 Esau, filii Israel tanquam fratribus suis, ut iure debuissent, auxiliu ferre uoluissent, et Philis-
 tinum et Chanani, de quibus postmodum dicitur erit, non tam facile illis obistere tetrauerunt. Pro-
 inde ite et illud non dubium est, quin prima illis cura fuerit, antiquam inuidiam flammam, quam habuit
 Esau contra fratrem suum Iacob, resuscitare in gente eiusdem Esau, id est, in Idumaeis, imo et augere ma-
 lis persuasionum flatibus, ut sibi caeteris gentibus potius quam Israelitis Idumaei consentiret, secumque con-
 tra illos communes inimicitias suscipere. Hoc primi fecisse Philistinum uigilanter attendentibus
 Exo. 31. scriptura indice probant. Scriptum est enim. Igitur cum emisisset Pharaon populum, non eos duxit dominus in
 terram Philistinum, quae uicina est, reputans, ne forte poeniteret eum, si uidisset aduersum se bella con-
 surgere, et reuertere in Aegyptum. Si uidisset (inquit) aduersum se bella conuersione, quod utique
 Deute. 32. ret, non iam tunc (ut supra dictum est) dolores obtinuerunt habitatores Philistinum. Nec uero ab-
 sensu fratrum Israelitis, id est, Idumaeorum, hoc facere leuiter ausi fuissent, imo et eorum cum
 Nu. 20. Philistinum, primi ex cunctis gentibus armati occurrerunt eidem sui fratres Idumaei, sicut scribitur
 primum est.

Quinque ciuitates Philistinum.

1. Reg. 6

Deut. 32.

Obiectio.

Solutio

Deut. 26.

Gene. 31.

Quaestio de Gaza.

Iud. 16.

Conspiratio Philistinum & Edom contra filios Israel.

Exo. 31.

Deute. 32.

Nu. 20.

ptū est. Misit nūcios Moses de Cades ad regē Edom, q dicerēt. Hæc mādāt frater tuus Iſrahel, Obsecramus, ut nobis transire liceat p terrā tuā. Ad hæc rīdēns Edom, non transibis (inqt) p me, alioquin armatus occurrā tibi. Rursus supplicātibz rīdēns, ait. Nō transibitis. Statimq; egressus est obuius cū infinita multitudine & manu forti, nec uoluit acquiescere deprecāti, ut cōcederet trāsītū p fines suos. Quāobrē diuertit ab eo Iſrahel. Igitur dubitare opus nō est, quin illuc propheta respexerit, ut diceret, eo q trāsītulerit captiuitatē pfectā, ut cōcluderet eā in Idumæa. Perfectā nāq; captiuitatē. i. filios Iſrahel cōsummata atq; trāsacta captiuitate siue peregrinatiōe de Aegypto ascēdentes transtulit. i. declinare & p uia deserti circuire fecit. Quod nisi dñs puidisset, & si Iſrahelē p terrā Phylīstīm duxisset, utiq; cōcluderent eos Phylīstīm in Idumæa. i. armatis occurrētibus Idumæis (sicut iā dictū est) ipsi à tergo insecuti fuissent, & ita cōclusos oppressissent, ac proinde pōneret Iſrahelē de Aegypto exisse, cū uideret undiq; aduersum se bella cōsurgere. ¶ Horū scelēz, q in hoc facto numerant, mēsurā illa generatio Iudaici populi, de q sæpe dictū est, taliter impleuit. Credētibus in Christū plurimis, & ad p̄dicationem euāgelij transeuntibus rubrū mare baptisimi, dolo res obtinuerūt Iudæos cū scribis & pharisæis, & trāsferre conati sunt illos, ut cōcluderent in Idumæa; nimirū qñ inſtiterūt, summittēdo pseudoap̄los, ut inducerēt eos in suas terrenas & carnales cæremōnias, sicut in actibus Ap̄loz scriptū est, & quidā descēdentes de Iudæa docebāt frēs, q nisi circūcidamini scđm legē Moſi, nō potestis salui fieri. Itē surrexerūt autē quidā de hæresi pharisæoz, q crediderūt, dicētes, qd oporteret circūcidi eos, sc̄ipere q; seruari legē Moſi. Hæc & similia dicētes & faciētes, nō minimas euangelio Chri seditiones excitauerūt. Itaq; sup tribus sceleribus Gaza, & sup quatuor nō cōuertā eū inquit, subaudit uerticē Carmeli, id est, illā generationē Iudaici populi: sup quam, sicut cætera oia, ita & ista tria scelera Gaza, cū suis quatuor iuste uenerūt: Quia sicut Gaza siue Phylīstīm & mala uolūtate inuiderūt, & factio p̄secuti sunt, & qd potuerūt, aduersari nō destiterūt: ita ipsi q; euāgelio Chri & mala uolūtate inuiderūt, & factio aduersari sunt, & nūc usq; blasphemare nō desinūt: quartū habētes scelus in eo, qd legē et prophetas ecōtra testificātes audire cōtēdunt. ¶ Et mittā (ait) ignē in murū Gaza, & deuorabit ædes eius, & disperdā habitatorē de Azoto, & tenētā sceptrū de Aſcalon, & cōuertā manū meā sup Accharon, & peribūt reliqui Palestinoz, dicit dñs. Hæc iuxta literā ubi uel qñ insigniter facta sint sacra nō narrat historia. Cæterū in illā generationē ita factū est. Misit nāq; dñs ignē in murū eius p Romanorū manus, & deuorauit ædes eius, & disperſit habitatores de Hierusalē & tenētā sceptrū ut iā nō habeāt regē siue regnū, q regē suū Chri negauerūt. Et cōuertit manū suā sup eos, quicūq; igni iā dicto sup fuerūt, ita ut dispergerent, et in oēs gētes captiui ducerent. ¶ Noīa ipsa, Gaza, Azotus, Aſcalon, et Accharon, et Phylīstīm generatiōi tali congruunt. Gaza quippe sonat fortitudinē, et Iudæoz designat rebellionē aduersus ueritatē. Azotus interpretat ignis uerbis siue patrii, et ardētē in illis significat inuidiā patris eorū diaboli, q exuberat in eis. Aſcalon interpretat ignis homicida, et homicidialē illoz furorē designat. Accharon sterilitas et iopia illoz, qa fructū spūs fugiūt, et paleā lſæ sectant, significat. Phylīstīm potione cadētes et illoz uere ebriosum hoc noīe intelligimus scādālū, iuxta illud qd in psalmo scriptū est. Fiat mēsa eorū corā ipsis in laqueū, et in retributionē et in scādālū. Obscurē tur oculi eorū ne uideāt, et dorsa eorū semp incurua. Sequitur. ¶ Hec dicit dñs, Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertā eū, eo q concluderit captiuitatē pfectā in Idumæa, & non fuit recordata fœderis fratru, & immittam ignē in murū Tyri, & deuorabit ædes eius. ¶ Eandē impietatē quā imputauerat Gaza, imputat et Tyro dicens, eo qd cōcluderat captiuitatē in Idumæa. Quod ut idē clarescat ex authoritate scripturæ, quando uel quomodo factū sit, supra memoratæ sequētia historiæ respiciamus. Præmissō qd rex Edom postulātū Iſraheli trāsītū p terrā suā negauit, statimq; egressus est obuius cū infinita multitudine et manu forti, protin⁹ subiūgit. Qd cū audisset Chananæ⁹ rex Arath, q habitabat ad meridiē, uenisse scilicet Iſrl p exploratoz uia, pugnavit cōtra illū, et uictor exiit duxit ex illo prædā. Pro Chananæo Tyri hic positā arbitramur, dictum esse super tribus sceleribus Tyri, pro eo ut diceretur, super tribus sceleribus Chananæi. Tyri nāq; et Sydonij de Chananæis sunt. ¶ Quid si quæritur, cur nomen Tyri potius q Chananæi

Num. 20

Act. 17

Interpretatio quinq; urbū Phylīstīm

Pal. 69

Num. 24

conuer
mittā
, & te
unt re
nomin
Eo suo
omne
t Geth
m. De
pto per
natā au
iunt, dā
ter do
ne gen
a. Sed
Aegypti
in Deu
ueris in
tum, &
& ca.
utus est
ē deum
ola fuit
ecundū
ed pōt
ga sic i
n fune
Azot
Ad qd
icet i eo
occidit.
Eo q
Gaza
ri hoc
acris i
estione
umæis,
nare n
idelicet
Phylī
nt. Pro
habuit
ere ma
cūq; cō
tētibus
sūp uia
lla con
uti q; h
ro abiq;
m cū il
linatib
cut scil
um dī.

Gentes q̄e de
runt Iſrahel
gratis.

Chananaeorū uocabulū hic ſcribere placuit, ſcire debemus quia ſolās gentes illas propheticus ſpūs in hoc ordine cōdemnare propoſuit, quā nihil ab Iſrahel læſa ſunt, & gratuitas contra illū inimicitias ſuſceperunt, cū ille non quæreret terras eorū. Porro terrā Chananaam obtinere quærebat, & ad poſſidendā illam ex Aegypto aſcenderat, & iccirco Chananaeorū uniuerſus non ita gratuitas contra Iſrahel inimicitias exercebat. Tyrū & Sydonē, quāuis & ipſæ (ut iam dictū eſt) de Chananaeis eſſent, Iſrahel, ut poſſideret, intendiſſe uel cōtra eā pugnaſſe non legitur. Itaq; ſuppreſſo uniuerſali noīe Chananaei, nomen ponitur Tyri, eo qd Iſrahelē gratis oderit ſicut Syria & Phyliftim et Edom et filij Ammon et Moab; quorum terras dñs neq; promiſerat neq; dare uolebat illi. ¶ Nunc demū uideamus utriuſq; loci nō nullā in eodē ſcelere diſtantiā. Dixerat de Gaza, eo qd tranſtulerit captiuitatē perfectā, ut concluderet eā in Idumæa; de Chananaeo, id eſt de Tyro, nunc dicit, eo qd concluderet captiuitatem perfectā in Idumæa. Deniq; tranſtuliffe intentione cōcludendi minus eſt, q̄ cōcluſiſſe. Sic in memoratis rebus eueniſſe manifeſtū eſt. Illic enī Phyliftim perfectā captiuitatē illā de Aegypto aſcendentē in Idumæa non concludit, ſed tantūmodo concludere parata fuit, quāobrem et dñs Iſrahelē circumduxit per uiam deſerti, unde et imputatur Phyliftim, qd captiuitatem tranſtulerit, et deinde Idumæa illi armata occurrit. Porro de Chananaeo, pro quo intelligimus hic poſitū nomen Tyri, ſcriptū eſt, quia cōcluſum inter ſe et Idumæā Iſrahel oppugnauit. Tunc nanq; uenerat Iſrahel, uenerat in monte Hor, quæ eſt in finibus terræ Edom. Præmiſſoq; quāobrem diuertit ab eo Iſrahel, cunq; caſtra mouiſſent de Cades, uenerunt in montē Hor, qui eſt in finibus terræ Edom, ita ſubſequitur. Quod cum audiſſet Chananaeus rex Arath, qui habitabat ad meridiē, ueniſſe ſcilicet Iſrahel per exploratorū uiam pugnauit contra illū. Hoc nimirū concluſiſſe fuit, illud aut tantūmodo in uoluntate fuit Phyliftim, et iccirco de Gaza dictū eſt, quia tranſtulit ut cōcluderet. Hic autē de Tyro dicitur quia concludit. ¶ Notandū quoq; q̄ congrue tali in loco, tali in tēpore uel re mentionē faciat captiuitatis. Deniq; hoc uerbo crudelitatē uiferū illorū ualde percūtit, qui captiuitatē perfectā uel conſummatā longo tēpore protractā inuidebant ſolui, nihil læſa ſi a captiuis illis, quorū captiuitas talis fuerat, ut oēs homines deberent faltē pro cōmuni humanitate cōmiſceri, et dicere tale quid, ut ille Iethro de Madian, cognatus, id eſt, ſocer Moſi. Benedictus dñs qui liberauit uos de manu Aegyptiorū, et de manu Pharaonis. Nunc cognoui quia magnus dñs ſuper oēs deos, eo qd ſuperbe egerit contra illos. ¶ Itē et illud notandū, qd cū dixiſſet, eo quod concluderet captiuitatē perfectā in Idumæa, addidit pluraliter, et nō ſunt recordati fœderis fratrū. Quinā erant qui non ſunt recordati fœderis fratrū: Nimirū Tyruſ ſiue Chananaeus et Idumæa. Ambo nāq; conſiliū ineuntes, unā eandemq; uoluntatem habuerunt Idumæa ſiue Edom, ut contra fratrē de captiuitate reuertentē armata exiret: Chananaeus ut Idumæa malitiā aduerſus fratrem approbaret, pariterq; accurrenda cū armis fraternū odiū ſibi placere oſtenderet. Ita fœdus fraternū, fœdus naturale, alteriſtū rū impugnauit, alter ut impugnaretur adiuuit. Præterea fratres quodammodo Iudæarum

Crudelitas ea
rū cōtra Iſrl.

Exo. 18.

Tyri q̄i fr̄s
erant Iſrahel.
3. Reg. 5. 9.

Tyri q̄i fr̄s
erant Iſrahel.
3. Reg. 5. 9.

Tyri q̄i fr̄s erant Iſrahel. Tyri fuerūt, eo quod Hiram princeps Tyri cū David atq; Salomone habuerit amicitias in tantū, ut et ille in ædificationē templi atq; palatiſ ligna cedrina ratibus Ioppen uſq; perduceret, et hi frumētū et oleū Tyriſ largirentur, et uiginti urbes in Baſan ei dono darent, quas ille, quia gramīnibus plenæ erant, ſuſcipere noluit. Verū quid poſt illā ſocietatē, ante tempora prophetiæ huius fecerit Tyruſ cōtra Iſrahel ſiue contra Iudam, et quomodo uel quando cōcluſerit captiuitatem perfectam, ſacra nō narrat hīſtoria. Item, quod dicit de Iſrahel. Et immittā ignē in murū Tyri, et deuorabit ædes eius; ſacris literis aperte traditū nō inuenitur. Et quidē Nabuchodonosor Chaldaeorū rex Tyrū expugnauit et cepit ſecundum

Ezech. 26.

prophetiā Ezechielis dicentis. Circūdabit te munitioibus, et cōportabit aggerē in Aegypto, et ruruſ, Nabuchodonosor rex Babylonis ſeruire fecit exercitū ſuū ſeruitute magna aduerſus Tyrum, &c. ſed cuncta hæc abſq; ignis cōflagratione fieri uel per ſici potuerunt. ¶ Itaq; quoquo modo in illā Tyrū uindicatū ſit, illud dubiū non eſt, quin ſuper generationē illā læpe dictā ſcelera eiufdē Tyri, ſicut et cætera oīa, uenerint; quia quod Tyruſ fecit arguitur, illa ſpiritualiter impleuit, perſequendo (ut ſuperius iam dictū eſt) fidem euangeliſti Chriſti. Proinde cū dicit, ſuper tribus ſcleribus Tyri, et ſuper quatuor nō conuertam eā, ſubaudi

subaudiendū est (ut in cæteris) uertice Carmeli. Neq̄ em̄, q̄ dicit eū, referri potest ad Tyrum, cū Tyrus foeminini sit generis. Cur aut̄ uertex Carmeli illā, q̄ dominū crucifixit, generationē significet Iudaici populi sepe dictū est, & in hac serie lectionis memoriter tenendū est. Sequit̄. **L.** Hęc dicit dñs super tribus sceleribus Edom, & supra quatuor non conuertā eū, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suū, & violauerit misericordiā eius, & tenuerit ultra furorē suū, & indignationē suā seruauerit usq̄ in finem. Et mittā ignē in Theman, & deuorabit eges Bosre. ¶ Ecce iā tertio culpatur Edom. Primo cū Gaza siue Phylistiim, deinde cū Tyro sceleribus arguebatur, nūc in sua tantū p̄sona dicitur, quid fecerit, & quid recipere mereatur, & merito cū singulæ gentes, singulis uicibus coarguāt, iste Iſrahelis frater impius, tertio in iuditiū sermonis diuini protrahit̄, eo quod fratrem suū in gladio p̄secutus sit, & misericordiā eius violauerit. Leuemus oculos nostros superius, & statim illius consideremus tēporis, q̄n Edom transitum (sicut iā dictum est) fratri suo Iſraheli per terrā suā non cōcedens, etiā armatus contra illū exiuit cū infinita multitudine & manu forti, & tunc intelligemus, quanta misericordiæ uolatio fuerit. Iſrahel de captiuitate dimissus egrediebatur, ipse autem Edom in suo monte habitabat diues, & robustus. Cūq̄ esset illius frater Vterinus, ex eodem patre, & uno (ut Apostolus ait) concubitu pariter generatus, sic uniuersos germanitatis naturales oculos tenuit affectus, ut crudelior contra illum nulla esset ex cunctis gentibus, & cæterarum gētium roboraret manus, persecutionis & odij primus autor & p̄uuius. Nec uero contra hominē fratrem, sed contra deum erat odium eius. Quam em̄ ob causam tali uel tanto cōtra Iſrahelē odio ferrebatur. Nimir̄ propter benedictionē, qua sibi frater ita domino disponēte fuerat p̄latus. Idcirco cum dixisset propheta, eo quod persecutus sit in gladio fratrem suū, & uiolauerit misericordiā eius, addidit, et tenuerit ultra furorē suū, et indignationem suā seruauerit, usq̄ in finē. Furorē et indignationē illā dicit, qua furens et indignas Edom, id est Esau, semper odio habens Iacob dixit in corde suo. Venient dies lucus patris mei, ut occidā Iacob fratrem meū. Hoc p̄positū odij paterni posteritas, de qua nūc sermo est, usq̄ in finē seruauit, agendo pro posse quod furor et indignatio suggessit. Et qdē q̄ diu filij Iſrahel in Aegypto seruerūt, et tam durā seruitutis pensum Pharaoni, et Aegyptijs illudētibus in luto et latere soluerūt, cōsolabatur se nequiter in illo fratre maligno Edom paululūq̄ requiescebat odij spūs, nō dubiū sibi fore existimās, qd̄ casta semp̄ deberet eē benedictio, qua iunior Iacob sibi priori fuerat p̄latus, cū ipse iam regnaret, ille aut̄ misere peregrinaretur. At ubi magnalia dei facta sunt in Aegypto pro illo fratre suo. Vbi illum egressum esse audiuit in manu potenti et brachio excelso, utiq̄ non dubiū, quin renouatus sit liuor, exarserit furor, effertuerit indignatio: quippe qui primus in gladio, perpetuus in odio, frequens contra illū fuit in bello, donec uincēte Dauid, p̄sensit quod benedictionibus domini inualidior, Iacob infirmior, Iſrahelē esset indignior, facta est nāq̄ uniuersa Idumēa seruiens Dauid sub tributo et ipse posuit in Idumēa custodes, strauitq̄ p̄sidiū. Idcirco malam ubiq̄ nimisq̄ accerbam passim in scripturis sanctis habet memoriā. Omnes homicidæ, uniuersi p̄secutores priorū, nomen eius hereditauerūt. ut uocentur Edom, quia uidelicet cū ceteris ipse fuit exemplū. Exemplū ḡa. Memēto dñe (inquit Psalmista) filios Edom in die Hierusalem, q̄ dicit̄ exinanite exinanite usq̄ ad fundamētū in ea. Idem em̄ est ac si dicat, omnes ciues regni dei, exultantes super flumina Babylonis, id est, super decursum cōfusionis huius seculi. Memēto dñe tribulationū, quas sustinemus illatas a filijs Edom id ē ab imitatoribus Esau qui propter seuitiē magnitudinē dicitur est Edom, quod interpretatur terrenus, siue sanguis nolentis, q̄a ipsi cupiūt exinanire Hierusalem usq̄ ad fundamētū, ut totū funditus destruat̄ fidei et ueritatis cōditū. Cunctosq̄ talium homicidarū maximi et notiss̄i carnales Iudæi sunt, Abrahæ siue Iſrahel filij sunt. Illi etiā secūdū exēplū prioris Esau, primogenita sua p̄derūt, scilicet adoptionē filiorū et gloriā et testamentū et legis lationē et p̄missa, quæ illos (ut Ap̄tus ait) esse debuerūt: gētes aut̄, secūdū exēplū iunioris Iacob, eadē hereditauerūt. Et sicut ille ascēdenti ex Aegypto Iſraheli, quāto p̄ carnē p̄pinquior, tāto p̄ odiū fuit ceteris gentib̄

Edom terare guitur.

Crudelitas Edom cōtra Iſrahel. Roma. 9

Gene. 27.

2. Reg. 8
Pessimi nomis Edom in scripturis.

Psalm. 136

Carnales Iudæi Edom dicuntur. Rom. 9.

ris gentibus nequior: sic Iudæi quāto p carnē Christo ppinquiores, tāto p inuidiā Chriano pplo, ex q̄ coepit p̄dicari fides Euāgelica, fuerūt p̄nciofiores, primiq; añ oēs gētes et maxi mi inter oēs gētes inimici ac p̄secutores. Itaq; & qd̄ nūc dicit, sup̄ tribus sceleribus Edom, & sup̄ quatuor nō cōuertā eū, ad utrūq; qdem ē referēdū, maxie aut̄ ad illū, q nō carne sed spū ē Edom, scilicet Iudaicū populū, qui p uerticē Carmeli sepe dicitū, & adhuc dicēdū ē significatus. ¶ Huius Edom p̄cna ignis ē, de q̄ iā sepe diximus, q illi generationi, q̄ saluato re crucifixit, taliter immissus ē, ut succensus a Romanis in furore dñi ardeat usq; ad inferni notissima, sicut ipse in Moysē p̄dixit. Mittā ergo ignē in Theman, quæ Idumeorū regio est, nois aut̄ interpretatiōe uertit̄ in austrū: & luminosam quōdā ciuitatis Hierosolyme tep̄l significat glām. Qd̄q; dicit, deuorabit aedes Bosra, nō alterā ciuitatē, sed ipsam Idumæā, sed cū dū literā significat, secundū sensum ȳo mysticū eandē significat Hierosolymā, dei quon dā & angeloz p̄sidio munitā. Bosra nāq; interpretat̄ munita, unde & in Esaia uox admiratiō illa est. Quis ē iste, q uenit de Edom, t̄m̄tus uestibus de Bosra? Iste formosus in stola sua, gradie in multitudine fortitudinis suæ. Admiratio nāq; ē, q de Idumeis, i. de Iudeis & de ciuitate Hierosolyma, quā suo p̄sidio munitat, talia passus, & suo sanguie aspersus ueniat.

Deut. 32.

Esa. 63.

Ammon & Moab, cogi nati Irahel.

Deut. 2

Filii Ammō crudeles contra Irahel. Psalm. 82.

Dissecuerūt pregnātes ob cupiditatem.

2. Reg. 17.

Sequit. **H**ec dicit dominus. Super tribus sceleribus filioz Ammon, & super quatuor nō cōuertā eū, eo q̄ dissecuerit pregnātes Galaad ad dilatādū terminū suū. Et succedā ignē in muro Raboth, & deuorabit aedes eius in uulatu, in die belli, & in turbie, in die belli cōmōdis, & ibit Delchon in captiuitatē, ipse & principes eius simul, dicit dominus. ¶ Ammon iste & Moab, cuius scelera p̄tinus diciturus ē, ex p̄p̄n quitate Abrahæ fuerūt, scilicet filij Loth, qui filius fuit fratris Abrahæ. Debuērūt ergo & ipsi filijs Irahel clementiores ceteris gētib; esse, p̄sertim cū illi nihil eos lesissent, neq; terras eoz̄ queissent. Nā isti sunt q̄rū terras Iraheli dñs noiatim interdixit, iā dicitus Edom, & hic Ammon, & sequens Moab. Sic em̄ Moyses in Deuteronomio commemorat. Dixit dñs ad me. Transibitis p̄ terminos fratru uestroz̄ filioz̄ Esau. Videte ergo diligēter, ne moueamini cōtra eos. Neq; em̄ dabo uobis de terra eorum quātum p̄t unius pedis calcare ue stigium, quia in possessione Esau dedi montem Seyr. Et rursum. Venimus (inquit) ad iter quod ducit in desertum Moab, dixitq; dominus ad me, Non pugnes cōtra Moabitas, neq; in eas aduersus eos praelium. Non em̄ dabo tibi quicq; de terra eoz̄, quia filijs Loth tradidit eā in possessionē. Ac deinceps. Locutus ē (ait) dñs ad me dicēs. Tu trāsibis hodie terminos Moab, urbē noie Ar, & accedes in uicinā filioz̄ Ammon, quia filijs Loth dedi eā in possessionē. Cū ergo p̄p̄nqui eēt Iraheli filij Ammon & Moab (ut iā dicitur est) & nihil ab Irahel siue a deo Irahel lesi fuissent, clementiorē erga illū ceteris gētib; gerere affectū debuissent. At illi, sicut Edom, inclementiores ecōtra & impietatis principes extiterūt, testante Psalmita, q cū dixisset. Simul aduersus testamētū tuū disposuerūt tabernacula Idumeoz̄, & Irahelitz̄, Moab & Agareni Gebal & Ammon & Amalech, alienigenę cū habitantibus Tyrū. Et em̄ Assur uenit cū illis, subiūxit atq; ait, facti sunt in adiutoriū filijs Loth. Iā inter ceteras gētes noiauerat filios Loth, dicendo Moab & Agareni Gebal et Ammon, sed nō dixerat, quēnā gētes in illa cōspiratiōe magis fuissent uehemētes. Ut ergo illud q̄ nō lateret nos, facti sunt (inquit) in adiutoriū filijs Loth. Notādū quippe q̄ non dixerūt, ceteri filios Loth, q̄ filij Loth, ceteros ad inimicitias p̄trahebāt cōtra Irahel exercendas. ¶ Re dē igit sceleris arguitur Ammon in hoc facto, eo q̄ dissecuerit pregnātes Galaad ad dilatādū terminū suū. Nō dicit ad uindicādū iniuriā suā, siue ad recuperādū incōmodū suū, sed ad dilatādū terminū suū, qd̄ cupiditatis est inditiū, iniurię intemperamētū, crudelitatis argumētū. Quid em̄ cupidius, qd̄ iniuriosius, qd̄ crudelius, quā pro sola eiufinodi intētiōe pregnātes dissecuisset? Propterea nō crudelitatis Dauid arguendus, sed de iusticia ac fortitudine est collaudādus in eo, qd̄ et ipse similia uel maiora fecit eis, sicut scriptū est. Congregauit itaq; Dauid oēm populū, et profectus est aduersum Rabboth. Cūq; dimicasset contra eā, populū quoq; eius adducens ferrauit, et circumegit super eos carpenta ferrata, dimicauitq; cultus et transtulit in rypū laterū. Sic fecit uniuersis ciuitatibus filioz̄ Ammon. Nō inq; crudelis

crudele hoc, sed iustum fuit, quia sicut fecerunt ita reddidit eis. Porro filii Ammon hoc fecisse
 videntur, regnare Saul, quoniam ascendit Naasammonites & pugnare cepit adversum Iabes Ga
 laad, supplicatibusque ac dicentibus, habeto nos foederatos & serviemus tibi. In hoc (inquit) fe
 ria vobiscum foederatus, ut eruat omnia vestrum oculos dextros. At illos percussit Saul, & dispersi
 sunt, ita ut non relinqueretur ex eis duo pariter, & nihil tale tunc fecisse legitur filii Ammon
 quod tanta prophetici spiritus confirmatione sit dignum. Arbitramur ergo prophetam superiorem ma
 gis respexisse historiam, scilicet ad tempora iudicium, quoniam Iepthe expetitus est, ut filios Israel iudi
 caret, eo quod vir fortissimus atque pugnator esset, natus de Galaad. Tunc siquidem iratus dominus
 tra filios Israel, tradiderat eos in manus Philistinum & filiorum Ammon, afflictique sunt & ve
 hementer oppressi per annos octodecim. Pugnabant (inquit scriptura) filii Ammon contra Israel,
 afflictusque est Israel nimis. Quibus acriter instatibus, perrexerunt maiores natu de Galaad,
 ut tollerent in auxilium Iepthe. Cetera legentibus, & disceptatione Iepthe contra filios Ammon
 vehementer perspicitibus claret, quod afflictione illa fecerint filii Ammon maxime in Gala
 ad, & inter cetera pregnantes quibus dissecuerunt, licet hoc ipsum verbum non ibi scriptum sit: & quod ita fe
 cerint, ad dilatandum terminum suum. Mandati namque Iepthe regi filiorum Ammon ac dicenti, quid
 mihi & tibi est, quia venisti contra me, ille respondit, & falsum locutus est, quia tulit Israel terram meam
 quoniam ascendit de Aegypto ad finibus Arnon usque in Iaboc atque Iordanem. Propterea comminatur
 dominus succedere se ignem in muros Rabath, quae fuit metropolis Ammonitarum, ut devorent aedes
 illius in clamore & in ululatu vincens exercitus, in die commotionis & turbinis, quoniam captivi ei
 ius Nabuchodonosor vincens ducunt, & idolum Ammonitarum, quod vocatur Melchon, id est rex
 eorum feret in Assyrios, & principes eius pariter abducent. Eodem modo quo cetera super genera
 tionem illam sapienter, ista quoque venire habebat quae fecerunt filii Ammon: & iccirco quod ait dominus, super
 tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum, referendum est ad verticem Carme
 li (de quo dictum est) & propter fastidium vitandum non totiens oporteret replicari, nisi memoriae
 uideret expedire legentibus. Sequitur. **Hec dicit dominus. Super tribus sceleribus Mo
 ab, & super quatuor non convertam eum, eo quod inciderit ossa regis Idumaeae usque ad cune
 re. Emitta ignem in Moab, & devorabit aedes Carioth, & morietur in sonitu Mo
 ab & clangore tubae, & disperdat iudicem de medio eius, & omnes principes eius cum eo,
 dicit dominus. De Moab & Ammon, maximeque de Edom iam dictum est, quoniam recte arguatur
 sceleris, pro eo quod contra Israel de Aegypto ascendente inimicitias exercuerunt, cum essent caro
 ne propinqui. De isto gentibus quod sit dictum, eo quod inciderit ossa regis Idumaeae iam sepulti (quod
 cum Ioram rege Israel & Iosaphat rege Iuda ascendit adversum Moab) in ultione doloris ad
 Moabitis postea fuisse commissa atque successa. Haec Hebraeorum traditio est. Ob hanc ergo inquit
 vult causam deus missurum dicit se esse ignem in Moab, quoniam nomine uel metropolis Moabitarum uel
 universa significat provincia, ut devoret aedes Carioth, quod nomen est civitatis. Verum hoc pa
 rum videtur ad magnitudinem propheticae dignitatis, ut quod spiritus sanctus loquitur in eis, ex opinio
 ne tamen Iudaica & non ex sanctis comprobatur scripturis. Aliud ergo quoniam incidium quod fecerit
 Moab, facta referente scriptura, legimus in libro Numerum. quia Balach filius, Sepphor, rex Mo
 ab, misit & accessit Balaam filium Beor ariolum, ut veniret & malediceret Israel. Quod cum il
 le, deo prohibente, facere non posset, tandem dixit. Veruntamen perges ad populum meum dabo con
 siliu, quod populus tuus huic populo faciet. Postmodum scriptum est, & fornicatus est populus cum filiabus
 Moab quod vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adoraverunt deos eorum, initia
 tusque est Israel Beelphegor. Magna illud fuit incendiium, magna libidinis flamma, quae concrema
 vit populum. Et quod illi homines siue illae filiae Moab, nisi regis Idumaeae ossa fuerunt? Quis enim est rex
 Idumaeae, nisi spiritus superbiae, quae dicant super omnes terrenos, id est deditos cupiditati terrenae, secundum no
 men Idumaeae? Nam quod per spiritum superbiae pervenerint ad illud incidium carnis suae, unus pro exem
 plo est, de quo scriptura refert. Et ecce unus de filiis Israel intrauit coram fratribus suis ad scortum
 eum Madianite, videte Mose & omni turba filiorum Israel, quae flebant ante fores tabernaculi.
 Magna nimirum erat peccitatis & superbiae, tali in tempore, cum iam dixisset dominus ad Mosen. Tolle cum
 eos principes populi, & suspede eos contra solem in patibulum, itaque Moses ad iudices Israel, occi
 didit unusquisque proximos suos, quae iniuncti sunt Beelphegor, & ob istam causam sterneret filii Israel
 ante fores tabernaculi, magna (inquit) erat procacitatis, & intolerabilis superbiae, virum ad scortum iam
 O 2 grediatur**

1. Reg. 11.

Iud. 11.

CAP. II.

4. Reg. 3.

Num. 22

Num. 25

Rex Idumaeae spiritus superbiae.

COMMENTA RVPER ABBA LIB I

gredi in contemptu ire celestis, uidentibus cum eis. ¶ Quo ergo melius noie dignitas ppe-
 tici spūs fornicatores eiusmodi nūcuparet, q̄ ossa regis Idumęa. Nunqd filios Israhel de-
 buit nūcupare? Et qdē ambobus, scilicet Balaā & Balac cōmune cōsiliū, et una fuit inter-
 tio, incendere filios Israhel, sicut in Apocalypsi comemorat dicēdo, q̄a habes illic tenētes
 doctrinā Balaam, qui docebat Balac mittere scandalū corā filijs Israhel, edere & fornicari
 sed nō ita scandalizare ipos potuit filios Israhel, sicut scandalū mittere coram filijs Israhel.
 Aliud nāq̄ est scādālū uidere corā se, aliud scandalizari, & ardētis scādalo libidinīs in flāma
 ri. Vnde sicut hi qui eiusmodi scādalo nō utunt, recte mēbra dicūtur & sunt Christi regio
 glorię, sicut econtra illi qui taliter scandalizati uel succēsi sunt mēbra dicunt, & sunt prin-
 cipis huius mūdi regis Idumęa. Cōuenientius autē hic dicūtur ossa q̄ mēbra, licet & mēbra
 sint uel habeāt ossa, q̄a uidelicet ignis genuin⁹ ossibus ac medullis insitus est, q̄ tūc adhibita
 foris palea, scilicet filiabus Moab & Madian, illicito flāmauit incēditio. Tale nimis facile
 incēdiū scelus est, ea p̄sertim intētionē, ut offensus recederet deus ab Israhel, & p̄ hoc
 etē redarguit, ut sceleratus Moab. At uero ut iuxta supra dictā Hebręorū opinionē, ossa
 mortui hoīs igne materiali usq̄ ad cinerē incenderet, nescio utrū pro magno haberi potue-
 rit scelere, cū tere apud oēs gētes solēne fuerit, corpora mortuorū usq̄ ad cinerē cōburere
 cineresq̄ ipsos sepelire. Hinc & sepulchra dicūtur busta, uidelicet à cōbustione ut combus-
 storū cadauerū cōtinerēt reliquias. ¶ Rursus ad illā generationē q̄ dñm crucifixi, p̄pter
 qd̄ & omnia mala p̄teritay generationū uenire debuerūt sup eā, istud quoq̄ scelus talis in-
 cendi p̄tinere nō dubiū ē. Ipsi em̄ & Moab & Idumęite etē dicunt et sunt. Moab quippe
 interpretatur ex p̄te: q̄ autē ipsi ex patre sint uel fuerint dñs ostendit dicēs. Vos ex p̄te diabolo
 estis. Ipsi incēderūt ossa regis Idumęa, imō et ossa ipsi regis fuerunt Idumęa, regis omniū
 filiorū terrenitatis & superbīę ossa incēsa libidinīs igne, testante Esaia q̄ generationē illam
 p̄spiciēs. Audite (inqt) uerbu dñi principes Sodomę, p̄cipite auribus legē dei mei p̄p̄ta
 Gomorę. Idcirco sicut peccati Moab plenitudo, ita et p̄cne eiusdē sup generationē illā
 uenit adimpletio. Nā q̄ dicit, et mittā ignē in Moab, et deuorabit e des Carioth, qd̄ non ē
 e at ciuitatis in Moab, et moriet in sonitu Moab, et clangore tubę, et disperdā iudicem de
 medio eius, et oēs principes eius interficiā cū eo. Quis nesciat totū Romano pactū esse re-
 cidio? De tribus sceleribus et de quatuor et de eo qd̄ dicit, nō cōuertā eū, et sepe dictū et se-
 repetere fastidiosum ē. Sequitur. **L** Hęc dicit dñs. Super tribus sceleribus Iuda, et
 super quatuor nō cōuertā eū, eo quod abiecerit lege domini, et mādāta eius nō cō-
 stodierit. **B**eceperūt em̄ eos idola sua, post que abierūt patres eorū. **E**t mittā ignē
 in Iuda, et deuorabit e des Hierusalē. **E**cce et in isto nulla est distinctio gētilis et la-
 dei. Sermo diuinus, iudex æquus, nulli p̄sone parcit, dū Iudę eque ut Syriū, ut Allophylū,
 ut Tyriū, ut Idumęū, ut Ammonitē, ut Moabitē, librata ferit sententia iuditi, nec in p̄ca
 distūgit, quos culpa coniūxit. Quod si subtilitas q̄ritur rationis, q̄s dignius debet puniri, q̄
 illi, qui nō tantū naturalē, ut ceterę gētes, sed scriptā q̄q̄ legē accepit: Vnde notādū, qd̄ p̄-
 dictis gētibus nō exprobrat abiectionē legis deie, et cōtemptū mādatorū illius, sed uolatio-
 nē p̄p̄ricū uisę, et quod sine affectione, absq̄ misericordia, cūcta crudelia fecerint, nullū
 habentes respectū cōmunis humanitatis, nullū saltē attendētes affectū notę p̄p̄nquitatē
 Iudę aut exprobrat q̄ abiecerit legē dñi, et mādāta eius non custodierit. **Q**uā quia abiecit,
 atq̄ cōtempnit ordinē et uia, deceperūt eū Idola sua. **Q**uāuis em̄ dicit, deceperunt eū Idola
 sua, nihilominus et illud cōstat, q̄a nō poterat ante ab Idolis decipi, nisi legē dñi repulisset,
 et mādāta eius nō fecisset. **H**ęc sunt Idola, post que abierūt p̄tes eorum in Aegypto, bonū
 Aegypti simulachra fugiētes et adorantes Beelphegor, et colentes Astaroth et Baalim.
Nec uero leuiter decepti fuerūt, sed adeo pro Idolis suis insanierūt, ut p̄phetas occiderent
 reges eorū, et sanguine innoxio repletēt Hierusalē usq̄ ad os. Vnde et cōminatur dñs, in Iu-
 dā se ignē fore missurū, q̄ deuoret e des et sūdāmētā Hierusalē, qd̄ et factū ē. Quod si oīa ue-
 nire debuerūt sup generationē illā a sanguine Abel iusti (sicut iā sepe diximus) quāto magis
 ista, quę hic Iuda fecisse culpatur: Nempe ita diximus et dicimus, omnia uenire super ge-
 nerationē illā, quę passi sunt sancti à sanguine Abel iusti, q̄buscūq̄ gētibus uel hoīb⁹ san-
 guinē iustū effundentibus, **V**t illū maxime sanguinē, quē Iuda effudit, illuc redū dare non
 ignē

Apo. z.

Judæi carnales dicuntur Moab.

Iohan. 8.

Esa. j.

4, Reg. 27.

ignoremus. Vtrunq; nāq; dixit dñs. Væ (inquit) vobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui
& difficatis sepulchra prophetarū, & ornatis monumēta iustorū, & dicitis: Si fuissetis in die
bus patrū nostrorū, nō essemus socij eorū in sanguine prophetarū. Itaq; testimonio estis vo
bismetipsis, quia filij estis eorū qui prophetas occiderūt. Et vos implete mensurā patrū ue
storū, serpētes, genimina viperarū. Hoc nimirū generatiōi illi dixit de patribus illis, quorū
& secundū carnē & secundū iniquitatē posterī siue hæredes homicidæ Iudæi fuerūt: qui ip
sum, qui hæc loquebatur, postea Christū occiderūt. Iterū ut ueniat (inquit) sup uos ois san
guis iustus qui effusus est sup terrā à sanguine Abel iusti, &c. Prius nimirū fusus fuit sang
uis Abel iusti, q̄ fierēt patres, quorū de carne genitos se esse gloriatur Iudæi. Ergo & cæ
terarū gentiū, de quibus iā supra dictū est, & Iudæ, de quo nunc sermo est, scelera uel ma
la super generatiōē illā uenire debuerūt. Igitur super tribus sceleribus Iuda, & super qua
tuor non conuertā eū, id est, iniquū filiorū coetū, qui per uerticē Carmeli designatur, dere
linquā propter scelera patrū, quorū ipsi mensurā impleuerūt, factū est & qd̄ hic in prophe
ta dicit dñs: Mittā ignē in Iudā, & deuorabit a des Hierlm̄, & qd̄ p̄ semetipsum ait idē dñs,
Ecce relinquet vobis domus uestra deserta: & fere nemo est q̄ hoc factū eē nesciat. Sequitur.
Hæc dicit dominus. Super tribus sceleribus Iſrahel, & super quatuor non con
uertā eū, pro eo quod vendiderit argento iustū, & pauperē pro calciamētis, qui cō
terunt sup puluere terre capita pauperū, & uia humiliū declinant, & filius ac pater
eius introuerit ad puellā ut violarent nomē sanctū meū, & super uestimētis pigne
ratis, accubuerūt iuxta omne altare, & uinū damnatorū bibebāt in domo dei sui.
Circa montē Carmeli arduā quasi ascēsus uia terimus, totiens eundo & redeūdo illuc, quo
tens dicit dñs, nō conuertā eū super tribus & quatuor sceleribus. Deniq; ubicūq; uel quo
tenscūq; in hoc ordine scelerū siue sceleratorū, nō cōuertā eū, audiuimus siue legimus: mō
re Carmeli, qui in exordio p̄scriptus est, subintelligimus, p̄ quē & superbiā significari dixi
mus Iudaismi carnalis, secundū nomē ipsum Carmeli, qd̄ interpretat̄ scientia circūcisionis,
maximēq; illā generatiōē, q̄ saluatore crucifixi. Sequētē nos lectore (si qs̄ est q̄ legēdo ser
qui, uel sequēdo hæc legere uelit) fatigatū esse arbitramur, dū toties ad eundē Carmeli uer
ticē reuertitur: uelut si alte subrectū & nubibus imminēs castrā, in mōtis uertice, toties adis
re cogat anhelō spū. Verū quisquis ille est, æq̄ animis ut sit rogamus, iā finis est, circūdu
atione hac uel recurſu nō fatigabitur ulterius. Sup tribus (inquit) sceleribus Iſrahel, & super
quatuor nō conuertā eū. ¶ Memores propositi iā nos esse cōuenit, quo initio prophete hu
ius p̄missus, tūc dicitur esse nos cur terræ motus fecerit mentionē, quādo pro necessitatē
te mystici sensus inueniendi scrutaremur Carmeli uerticē, uidelicet ubi p̄missio, uerba A
mos, q̄ fuit in pastoralibus de Thecæ, q̄ uidit sup Iſrahel in diebus Ozia regis Iuda, & in
diebus Hieroboam filij Ioas regis Iſrahel, subiunxit atq; ait, ante duos annos terræ motus.
Tunc Hebræi terremotū accidisse memorāt, qñ Ozias rex Iuda indebitū sibi uendicans sa
cerdotiū, lepra in fronte p̄cussus est. In cōmemoratione ergo terræ motus mentionē q̄q; fe
cit lepræ illius. Cur hoc? Idcirco uidelicet, q̄ frons Ozia regis, q̄ sublimior atq; erectior ē
pars corporis idem significat qd̄ hic uertex Carmeli, & lepra frontis, id est, qd̄ siccatio uer
ticis Carmeli, scilicet abiectiōē supbiētis & elatæ generatiōis q̄ dñm crucifixi. Sicut i Ma
ria sorore Moſi, qñ cōtra Moſen supbiēdo murmurauit, & ob hoc plaga lepræ p̄cussa ē, ita
& in rege Ozia, q̄ sacerdotiū supbiēdo usurpauit, & ob hoc lepra in fronte p̄cussus est: una
eadēq; significatiōe supbiētiōis illius generatiōis. Differt tñ in eisdē significatiōe pestis eiusdem.
Maria nāq; propter lepræ immūditā separata septē diebus extra castra, & postea reuocata
recipiēdā nouissime significat synagogā, ab infideitatis lepra curatā, cū plenitudo gentium
intrauerit, sicut ap̄tus ait: Ozias aut̄ leprosus p̄manēs usq; ad diē mortis suæ, incurabile signū
ficat peccatū eiusdē synagogæ pro parte illius sæpēdictæ generatiōis & oim Iudæorū q̄ nūc
interim uita excedūt, leprā habetes p̄petuā: nec in hoc seculo nec in futuro curandā. Et O
zias quidē fortitudo dñi interpretat̄, sed hoc nomē generatiōi illi nō nisi p̄ antiphrasim, siue
p̄ ironiā cōgruit, q̄ fallitur quasi fortiter agēs, dū blasphemādo Christū, deo sese obsequiū
præstare profiteat̄, filius eius Ioathan, qd̄ interpretatur dñi cōsummatiō siue p̄fectio, regens
domū regis leprosi, iuniorē significat ex gētibus pplm̄ cōsummatæ & p̄fectæ fidei, cui datū
est regnū

Mat. 23

Terræmotus
p̄ Amos

2. Para. 26

Num. 12

Ro. 16

Mac. 12



COMMENT RUPER ABBA LIB I

Mat. 27. est regnū dei, sicut pdixerat dñs. Auferet à uobis regnū dei, & dabitur gēti facienti fructum eius. Nec illud à mysterio uacat, q̄ illa plaga lepræ in summitate regię frontis cū terræ motu accidit. Sic etem qñ infelix generatio tali sese lepra dānauit, dicēdo, Sanguis eius super nos & sup filios nros, dño postmodū spm tradēte, terra mota est: & deinde ad excidiū gētis eiusdē Romanus orbis cōmotus est. Interim cōstat prophetā, synagogæ unā eandēq̄ abiectionē propter superbā paucis in uerbis, & p leprā regię frontis, & p siccitatē denotasse y-

Mat. 27. ticus Carmeli. Sunt autē duo montes qui uocātur hoc noie, alter in quo fuit Nabal Carmel maritus Abigail, ad australē plagā: alter iuxta Ptolomaidē, mari imminēs, in quo Helias propheta flexis genibus pluias impetrauit. Carmelū hūc, ubi post siccitatē trium annorū, & semissis pluiua data est, hic placet intelligi. Nec em̄ dubitandum est spiritū sanctum in p-

Carmelus duplex
J. Reg. 25.
J. Reg. 18.

pheta loquentē, rem gestā respexisse illius miraculi, quod ante annos nō ualde multos acciderat filiis Israhel, nimirū in figura, sicut & cætera fere omnia. Quid em̄ fuit, quod Helias cœlū clausit, nisi quia Chrūs Aplos ora synagogæ peccatrici occlusit, & populo, qui illā reiecit & recessit, relicta illis siccitate & fame audiendi siue intelligēdi uerbū dei? Itē qd est, qd rursus orante Helia in uertice Carmeli, facta est pluiua grandis, nisi q̄ rursus recipiet Israhel rorē fidei, pluiūq̄ salutis, cū plenitudo gentiū uenerit? Tanta nūc interim est infidelitatis siccitas, quantā merētur sceleratā, & quatuor totiens hic repetita: quæ cum septem sint, illos arbitramur esse spūs, de quibus in euangelio dñs, p̄missio, cū immundus spūs ex-

Mat. 12.
Septē uindictæ ignis, iuxta septē gentes hic politas.

serit ab homine, ita conclusit. Et tunc uadit, & assumit septem alios spūs nequiores se, & ingressi uabunt ibi. Item, pœna propter eandē infidelitatis siccitatē tanta est, quantā intelligi oportet per septem ignis uindictas in hac lectione ordinatas, pœna uniuersalis, pœna interminabilis, secundū significationem numeri septenarij, numeri insolubilis. Quia uidelicet, sicut sceleratā, sic & uindictæ super illam generationē uenerunt omnium gentium, quæcūq̄ sanguinem iustū fuderunt. Notandū quippe, q̄ tantum hic in octauo loco, cū dicitur super tribus sceleribus Israhel, non repetitur uindicta ignis, ut (sicut iam dictum est) tantūmodo septem sint quo numero solet uniuersitas significari. Simulq̄ sciendū, septem tantūmodo gentes hic esse nominatas, quia uidelicet Iuda & Israhel gens una est natura, sed scismate diuisa, ex quo scidit Hieroboā decem tribus à domo Dauid, & à regia tribus Iuda. Ad illā maiore scissionis partē, id est, ad decē tribus quæ uocātur Israhel, hic propheta missus erat, & iccirco ultimū posuit Israhel, q̄ de illo uel cōtra illū plura dicturus est.

Scelera Isrl.

Septē igitur gentes, septem gentiū scelera, septemq̄ scelerū uindictas igneas hæc tenus pro posse transegimus: nunc tandem causas Israhel in iudicio domini audiamus. ¶ Præmissio, ut in cæteris, super tribus sceleribus Israhel, & sup quatuor non cōuertam eū, protinus autē Pro eo q̄ uendiderit pro argento iustū, & pauperē pro calciamentis, qui cōtriuuit sup uerē terræ capita pauperū, & uia humiliū declināt, & filius ac pater eius introierūt ad puellā ut uiolerāt nomen sanctū meū, & sup uestimentis pigneratis accubuerūt iuxta omne altare & uinū damnatorū bibebant in domo dei sui. Mirū fortasse cuius uideatur, quod in exordio scelē Israhel, aliud ponere maluit, q̄ illū (quo sordebat tunc temporis Israhel idolatriæ cultū, præsertim, cū præter cætera nimis graue atq̄ irremediabile esset scandalū in uitulis, quos fecit Hieroboā: à quo peccato post illū nullus recessit regū Israhel: At uero pulcherrimū & ualde ordinatū est, hoc primū poni, q̄ uendiderit argento iustū, quia uidelicet primū in illa domo peccatū hoc admissum est, qd filij Iacob (qui & Israhel) uendiderūt Ioseph fratrem suū. Tunc utiq̄ uendiderūt argēto iustū, & in illa nimirū uenditione duplex fuit culpa, q̄ & frater eorū, & iustus erat. Vendiderūt autē eū uiginti argēteis. Quantū erat hoc tot fratribus pro precio fratris iustū: Cū em̄ decē essent ipsi uēditores, undecim (Beniamin qui p̄p̄ duodecim, idēq̄ paruulus, nō erat illic) nō nisi duo argētei potuerunt obtingere singulis. Bene ergo, cū dixisset, q̄ uendiderūt iustū argēto, addidit, & pauperē pro calciamentis, quia uidelicet uix calceos, qui ualerēt, cōparare sibi potuerūt singuli de precio tantæ uenditionis. Hoc scelus sic inceptum in illa gente, in tantū processit, ut Christū summe iustū & sanctū sanctorū, Iudæi & uenudari persuaderent & ipsi emerent triginta argenteis, quo uidelicet precio cū referente Iuda recepissent eos, non potuissent saltem Caiphas, pōtifex illius anni, satis insigniter calciari. At uero potuerūt oēs exinde discalciari, p̄dendo locū & gentem & gloriā

Vendit' pro argēto iustū. Gene. 37.

¶ Præmissio, ut in cæteris, super tribus sceleribus Israhel, & sup quatuor non cōuertam eū, protinus autē Pro eo q̄ uendiderit pro argento iustū, & pauperē pro calciamentis, qui cōtriuuit sup uerē terræ capita pauperū, & uia humiliū declināt, & filius ac pater eius introierūt ad puellā ut uiolerāt nomen sanctū meū, & sup uestimentis pigneratis accubuerūt iuxta omne altare & uinū damnatorū bibebant in domo dei sui. Mirū fortasse cuius uideatur, quod in exordio scelē Israhel, aliud ponere maluit, q̄ illū (quo sordebat tunc temporis Israhel idolatriæ cultū, præsertim, cū præter cætera nimis graue atq̄ irremediabile esset scandalū in uitulis, quos fecit Hieroboā: à quo peccato post illū nullus recessit regū Israhel: At uero pulcherrimū & ualde ordinatū est, hoc primū poni, q̄ uendiderit argento iustū, quia uidelicet primū in illa domo peccatū hoc admissum est, qd filij Iacob (qui & Israhel) uendiderūt Ioseph fratrem suū. Tunc utiq̄ uendiderūt argēto iustū, & in illa nimirū uenditione duplex fuit culpa, q̄ & frater eorū, & iustus erat. Vendiderūt autē eū uiginti argēteis. Quantū erat hoc tot fratribus pro precio fratris iustū: Cū em̄ decē essent ipsi uēditores, undecim (Beniamin qui p̄p̄ duodecim, idēq̄ paruulus, nō erat illic) nō nisi duo argētei potuerunt obtingere singulis. Bene ergo, cū dixisset, q̄ uendiderūt iustū argēto, addidit, & pauperē pro calciamentis, quia uidelicet uix calceos, qui ualerēt, cōparare sibi potuerūt singuli de precio tantæ uenditionis. Hoc scelus sic inceptum in illa gente, in tantū processit, ut Christū summe iustū & sanctū sanctorū, Iudæi & uenudari persuaderent & ipsi emerent triginta argenteis, quo uidelicet precio cū referente Iuda recepissent eos, non potuissent saltem Caiphas, pōtifex illius anni, satis insigniter calciari. At uero potuerūt oēs exinde discalciari, p̄dendo locū & gentem & gloriā

& gloria tēpli, qua incedebāt nimis superbe calciati, Prosequēs propheta, Qui cōterūt (ait) sup puluere terræ capita pauperū, & uia humiliū declināt: Hoc facere nimirū superboꝝ ē: p̄sertim cū manifeste prohibeat lex pauperē opprimi. Lex (inquā) primū data illis, q̄ maxime pauperes fuerant, & p̄ misericordiā dei de Aegypto paupertatis camino exierant. Hoc fecerant ipsi Aegyptij, subigēdo eos operibus duris luti & lateris, & cōtruerāt capita ipso rū sup puluere terræ, id est, plusq̄ puluere terræ. Illoꝝ uidelicet Aegyptioꝝ fuerat, uia humiliū declinare, qd̄ pulchre & breuiter scriptura innuit, dicēte Ioseph. Cū (inquit) uocauerit uos Pharaō & dixerit, qd̄ est opus uestrū, respondebitis, Viri pastores sumus serui tui ab infantia nostra usq; in p̄sens & nos & patres nostri. Hæc aut̄ dicetis, ut habitare possitis in terra Gessen, quia detestantur Aegyptij oēs pastores ouiuū. Nonne etgo ipsi in Aegyptios cōuerſi sunt, cōterēdo capita pauperū, & declinādo uia humiliū? Nēpe & illud scelus apud eos in tantū processit, ut Christi pauperis & singulariter humilis caput & frontē lingua iniuriōsissima, nimisq; cōtumeliosa uerberarent & cōtererēt, Exēpli gratia, cū dicerēt: Vnde huic sapiētia hæc, & uirtutes? Nōne hic est fabri filius? Nōne mater eius dicitur Maria? & fratres eius Iacobus & Ioseph & Symon & Iudas? & sorores eius apud nos sunt? & his similia: & filius (inquit) ac pater eius introierūt ad puellā, ut uiolarent nomen sanctū meum: & hoc nimirū scelus est & abominatio detestabilis, damnata p̄ iustā sententiā legis dicentis: Qui dormierit cū nouerca sua, & reuelauerit ignominia patris sui, morte moriantur ambo, sanguis eorū sit sup eos. Hoc primus in illa gente fecisse legitur Ruben, qui abiit & dormiuit cū Bala concubina patris sui. Verū hoc patri quoq; imputari non potest cū dicatur, & filius ac pater eius introierūt ad puellā, ut uiolarent nomen sanctū meū, quia solus filius hoc scelus perpetravit, pater aut̄ iniuriā passus est, & ipse uindicauit. Effusus es (inquit) sicut aqua non creſcas, q̄a alcēdisti cubile patris tui, & maculaſti ſtratū eius. Porrō scelus hoc ipsum in posteris non dubiū est excreuisse, cū prouidens Eſaias dixerit illos principes Sodomoz & populū Gomorrhæ. Nempe nihil eoz, quæ fecerant Chananæi, p̄terierunt Iudæi. Alioquin nō eos euomuiſſet terra illa sicut & Chananæos euomuerat deo iudice: q̄ ubi hoc scelus, ut cetera, interdixit, tandē ait, Custodite leges meas atq; iudicia, & facite ea, ne uos euomat terra, ad quā intraturi eſtis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationū, quas ego expulſurus ſum ante uos. Omnia em̄ hæc fecerunt, & abominatus ſum eas. In hoc scelere uiolationē aſſerit eſſe ſancti nominis ſui, quia uidelicet ſcedare patrē ſceditate eiufmodi, sicut Abſolon quoq; ſcedauit patrē ſuū Dauid, uiolare eſt nomē ſanctū eius, ex quo oīs paternitas in celo & in terra nominat. ¶ Et ſup uestimētis (ingit) pigneratis accubuerūt iuxta omne altare. Nimirū pignus paupis saltē retinere, cōtra legē eſt. Nā in lege dñs dicit, Sin aut̄ paup eſt, nō prouocabit apud te pignus, ſed ſtatim reddes ei añ ſolis occaſum: ut dormiens in uestimēto ſuo bñdicat tibi, & hab eas iuſtitia corā dño deo tuo. Quāto magis ſcelus eſt ſup uestimētis pigneratis accubare, et hoc iuxta omne altare? Duplex nāq; crimē in hoc de notatur, ſcilicet et turpitudō libidinis, et ſeruitus idolatriæ. Intelligitur nāq; qd̄ paſſim habētes altaria, ſingētes uituloꝝ ſimulachra, et adorātes Beelphegor, et colentes Aſcaroth & Baalim, cæteraq; deoz & deaz portēta, funibus tenderēt uestimēta pignerata iuxta omnium illoꝝ altaria, et facerēt perapetaſmata. i. uelamina, q̄ fornicātes in tēplo nullus poſſet aſpicere, et inebriati ac libidini ſeruiētes, etiā ipſum uinū qd̄ bibebāt, nō de proprio labore, ſed de calūnijs emerēt. Vnde et protinus ait, et uinū damnatoꝝ bibebāt in domo dei ſui: Hoc faciebant in phano dei ſui, ut quos putabāt deos, turpitudine ac ſupris polluerēt. ¶ Huius quoq; ſceleris mēſurā in uestimētis pauperū detinēdis Iudæi ſic impleuerūt, ut ſaluatorē tradētes, ſcripturā pariter implerēt dicentē. Diuiſerūt ſibi uestimenta mea, et ſup uestimēta mea miſerunt miſerūt fortē. Tunc uinū quoq; damnationis eius biberunt, iuxta quod ipſe in pſalmo cōqueritur dicens. Et in me pſallebant qui bibebāt uinū. Neq; em̄ dubium eſt, ſeniores illos et pontifices ebriofos, maximeq; illa nocte paſchali ebrios, cum dominū noſtrum cepiſſent, quaſi pro uictoria lætos, ſcœcūdioreſ ſibi inuicem propinaſſe calices, et eo cuiq; alacrius uinum porrexiſſe, quo uiſus fuiſſet properantior atq; promptior miniſter illorum, pro ſacrilega illorum uoluntate, ad comprehendendū illum, ad tenendū illū, ad cōhortandū ſocios, ut caute ducerēt illū, ad inſultandū illū, ad cōgratulandū principibus ſup hoc q̄m

Exo. 1.

Gene. 4.

Matth. 13.

Leui. 20.

Gene. 35.

Gene. 49.

Leui. 18.

2. Reg. 16.

Eph. 5.

Deut. 24.

Duplex ſcelus
in ueste pignerata.

Pſal. 21.

Pſal. 69.

COMMENT. RVPER. ABBA. LIB. I.

hoc quasi uictoribus magnis. Sequitur. **L**. Ego autem exterminavi Amorrhæum a facie eorum, cuius altitudo cedrorum altitudo eius, et fortis ipse quasi quercus, et contriui fructum eius desuper, et radices eius subter. Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti, et eduxi vos in desertum quadraginta annis, ut possideretis terram Amorrhæi, et suscitavi de filiis vestris in prophetas, et de iuuenibus vestris Nazareos. Nunquid non ita est filij Israel, dicit dominus? Et propinabatis Nazareis uinum, et prophetis mandabatis, dicentes me prophetetis. Mira & terribilis oppositio. Quorum enim tedit hæc per oppositionem facta, exterminationis Amorrhæi & altitudinis eius commemoratio, nisi ut ostendat deus se se ex aduerso stare, & repugnante esse declinatibus uiam humiliu, & per supbia coterentibus capita pauperu, quo pro scelere arguit Israelitæ factu de paupere superbu. Ego autem (inquit) exterminavi Amorrhæu. Vtque poterat dicere, ego autem propter supbia de celo dei eici diabolu, Amorrhæus namque amaricans interpretat, & diabolus significat, quod totus felle odij & omni nequitia semper & incurabilis est amarus, omnique dulcedini diuinitatis oino contrarius. Hunc talē Amorrhæu nimiru deus exterminauit, de terminis suis eiecit, & exterminationis eius immutabilē tenet sententiam, dicens in psalmo: Non habitabit in medio domus meæ qui facit supbia. Nam ne dubites quod dicat Amorrhæu illu, inquit, cuius altitudo cedroru altitudo eius. Profecto illu esse diabolu alius propheta testat, dicens Pharaoni in sermone domini. Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes elatus est cacumē eius. Et subinde, cedri non fuerunt altiores illo in paradyso dei, abietes non adæquauerunt summitatē eius, & platani non fuerunt æquales frondibus illius. Omne lignu paradyssi non est assimilatu illi. Ergo hic Amorrhæus diabolus est, cuius erat typus ille Amorrhæus, quod occidit Israel, uiuente adhuc Mose, cuius & Psalmista meminit dicēdo. Et occidit reges fortes, Seon regē Amorrhæoru, & Og regē Basan. Isti duo reges fuerunt Amorrhæoru, quorum Moses in Deuteronomio reminiscens: Solus, inquit, Og rex Basan restiterat de stirpe gygantū. Monstrat lectus eius ferreus, quod est in Rabath filioru Ammon, nouem recubitus habes longitudinis, & quatuor latitudinis, ad mensurā cubiti uirilis manus. Vtrotumque remissis conuenit hic in uno Amorrhæi nomine, scilicet & hominis regis supbi, & diaboli omnium regis ac principis: cuius nimiru altitudo quasi cedroru fuit, imo & cedrus omnibus in paradyso dei, id est, cum ceteris angelicis potestatibus altiore se esse uoluit, & fortis ipse quasi quercus, quia uidelicet sub deo stetit & creatori suo contempsit esse subditus. Mira igitur (ut iam dictu est) & terribilis oppositio, cum permissio per se de supbia Israel declinatibus uiam humiliu. Ego (inquit) exterminavi Amorrhæu, &c. Per hoc enim terribile innuit, quod elati in supbia infelices Iudæi, in iudiciu inciderent diaboli, sicut & Amorrhæus homo, quod ut iam dictu est) typus erat diaboli, quod scilicet auferret illis regnū dei, de quo Amorrhæus diabolus excedit, & tolleret eis locus siue terra, unde Amorrhæus homo deo exterminante disperijt. Cui itaque dicit, ego exterminavi Amorrhæu, subintelligendū est, & mutabilis non sum, & ea quæ destruxi, non reedificabo, ita ut qui superbos exterminare consueui, uobis superbientibus & uiam humiliu declinatibus, nunc tanquam re incipiam, pro eo quod secundum carnē filij Abraham estis. Non erit ita, sed sicut Amorrhæo, id est, amaricante diabolo, propter superbiam deiecto, multas mansiones in domo patris mei suscitandis de terra humilibus, reseruauit: & sicut percusso homine Amorrhæo & gigante superbo patribus uestris, cum essent pauperes & humiles terrā eius dedi, ita uobis, quoniam uiam humiliu declinatibus, regnū dei auferetur, & dabitur genti humili facienti fructus eius: & locus quoque uester terrenus & gens simul auferetur. Nomen quoque Amorrhæi, id est, amaricantis, nonne in dæmo congruit, qui totus in felle positus amaritudinis, sicut ipse Christus ait, & Christu cuius opera uidit & audiuit, & deū patrē eius odit? Vt utique uindictā, unde iam pfati sumus, breuius uerbis per similitudinē altitudinis cedri, siue quercus se se intendere significat, cum subiungit. Et contriui fructus eius desuper, & radices eius subter. Fructus enim Iudaici populi desuper, cetera scilicet stia fuere dona dei: & radices eius subter, terrena fuere bona, in quibus cordis radicē fixit, quod facere non debuit: & hunc utrumque fructu dominus contriuit quia (sicut iam dictu est) utrumque pariter & radix, ut non solum terra eius tolleretur, sed & ipse ferro succideretur, & omnia postea

Amorrhæus, diabolus.

Psalm. 100

Ezech. 31.

Psalm. 134

Deute. 3.

Fortes quasi quercus.

Mat. 21.

Iohan. 17.

posteritas eius deleri iussa est. Porro & Amorraei diaboli tunc fructus desuper cõtritus est, qm̄ de celo in huc aerẽ deiectus est: tunc aut radices eius cõteretur subter, qm̄ de isto q̄q̄ aere siue mudo, ubi male fructificat, imperfidõz cordibus penitus euellit, & in infernũ precipitabitur. ¶ Vtraq̄ bona, q̄ Iſraheli cõtulerat, quãq̄ propter superbiam ablaturus erat, hoc mō in gratis cõmemorat. Ego sum (inqt) qui ascẽdere uos feci de terra Aegypti, & eduxi in desertũ quadraginta annis, ut possideretis terrã Amorraei. Hoc nãq̄ beneficiũ terrenũ est. Et suscitauit de filijs uestris prophetas, & de iuuenibus uestris Nazaræos. Hoc beneficiũ cõeleste est. Nazaræos, id est, sanctos & prophetas de illa gẽte dñs q̄ multos suscitauit, qui fecerunt fructũ regni dei. Quis hoc negare possit? Vtiq̄ nemo. Iccirco fidenter interrogat. Nũquid nõ ita est filij Iſrahel, dicit dñs? Sciens q̄ illi respondere non possunt aliud, nisi quia ita est. Vtrunq̄ (sicut iam supra dictũ est) perdidit, scilicet & cõeleste dei regnũ, de quo est multiplicitas prophetarũ & Nazaræorũ, id est, sanctorũ: & eũ, qui fuit Amorraei, locũ terrenũ. Verũ illa dona regni dei, sicut nemo inuitus, nemo nisi uolens amittit: ita nec illi, Volentes nanq̄ amiserunt, uolentes reppulerũt. Hoc est quod cõtinuo sequitur, & propinabatis Nazaræis uinũ & prophetis mandabatis dicentes, ne prophetetis, Nazaræis nanq̄, habẽtibus super se cõtinentiã uotũ, propinare uinũ & uoti reos facere, satis pro argumento est, nullũ uelle habere sanctũ: & prophetis mandare ut non prophetarent, hoc nimirũ erat, non solũ loqui, sed etiam agere contra spiritũ sanctũ, qui loquebatur per os prophetaz. Cum autem ita spernerent cõeleste dei regnum, nihilominus tamen semper possidere uoluissent locum Amorraei terrenũ. Profecto supernã iustitiã nõ sic erat complacitũ. Sed quid? Continuo sequitur. **L. Ecce ego stridebo subter uos, sicut stridet plaustrum onustũ sceno, & peribit fuga a ueloce, & fortis non obtinebit uirtutẽ suã, & robustus non saluabit animã suã, & tenens arcũ non stabit, & uelox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animã suã, & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit dominus.** Breuiter etã dicit, Ecce ego stridebo subter uos, sicut stridet plaustrũ onustũ sceno, illud inuuit qd̄ retinere nõ queant, illũ iã sãpedictũ Amorraei locũ, sed trans migrare debeat ad aliũ: qm̄ cõtempserũt illud qd̄ melius est dei regnũ: sicut fenũ succisum plaustrũq̄ impositũ ad cõburendũ, eo q̄ sit aridũ: & nullũ ex rore cœli iã possit concipere, uel reddere florẽ aut fructũ. Porro, plaustrũ stridens, eo ipso q̄ stridet & longe exululat, semetipsum onere p̄grauatũ esse indicat. Illud ergo per hãc similitudinẽ significare uidet, q̄ quãdãcũq̄ Iſrahel succidatur, & de terra sua transferat, taliter fiat, ut sciant gẽtes longe per circuitũ, q̄ sic eius promeruit iniquitas. Vnde ad Salomonẽ de hmõĩ loques dñs. Ois (inquit) qui trãserit, stupebit, & sibilabit, & dicit. Quare sic fecit dñs terrã huic, & domui huic? Et respondebũt. Quia dereliquerunt dñm deũ suũ, qui eduxit patres eorũ de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerũt eos & coluerunt, iccirco induxit super eos dñs omne malũ hoc. Nimirũ hoc est dominũ quasi plaustrũ onustũ sceno stridere, & causas excidij uel captiuitatis illorũ latere non sinere. ¶ Et quia plaustrũ tardius procedit, atq̄ iccirco citius ab insequentibus potest cõprehendi, scẽnũq̄ cõprehensum facile est dispergi aut etiã igne succedi, peribit (ait) fuga a ueloce, & fortis nõ obtinebit uirtutẽ suã. Hęc & cetera, si ad decẽ tribũ, q̄ tũc imminabat, captiuitatẽ respicimus, singula de singulis taliter intelligenda tradũtur. ¶ Peribit fuga a ueloce, quẽ Hebræi Hieroboã filiũ Nabath intelligũt, qui prius in Aegyptũ fugerat. Hic aut nõ ipsos principes, sed domos eorũ & sobolẽ accipiamus. Et fortis nõ obtinebit uirtutẽ suã. Fortẽ Baasa interpretãt, q̄ fuit ad bella p̄optissimũ, et robustus nõ saluabit animã suã, hũc Amri sentiũt. Et tenens arcũ nõ stabit, de Iehu filio Nãsi, q̄ loram regẽ Iſrahel sagitta percussit, dictũ putant. Et uelox pedib⁹ suis nõ saluabitur, Mahen intelligũt, qui frustra festinãs regi Assyriorũ dona direxit. Et ascensor equi nõ saluabit animã suã: Hũc Phacæz filiũ Romeliã interpretãtur, qui iuncto sibi Syro, sub rege Achaz Iudæ, multa uastauit. Et robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit dominus, solus Osee, qui ultimus rex decẽ tribũ fuit, & errantẽ populũ ad dei cultũ reuocare conatus est, quasi nudus egredietur de incendio. Nudũ aut uocat, quia sub ipso decem tribus captiui sunt: Hoc Hebræi autumant, ait beatus Hieronymus. ¶ Cæterũ si ista quoq̄ referre cupimus ad tẽpus illud, quod propheta prospiciens in initio dixit, dominus de Syon rugiet & de

Iudæi & cetera
lestia & terres
na dona amiserunt.

Plaustrum
stridens.
z. Para. 7

Expositio
Hebræorum

4. Reg. 17.
Melior expositio

COMMENT· RUPER· ABBA· LIB· II·

& de Hierusalē dabit uocē suā, scilicet ad tēpus euāgelicā p̄dicationis, qđ extrema subsecuta est captiuitas illius populi, coetus ille pharisaicus siue Iudaicus recte cūctis denotatur nominibus istis. Ille nāq; ueraciter & pro uera similitudine, peccatis exigētibus meret scenū dicit: falso autē & pro uana suimet aestimatiōe uelox, fortis, robustus, tenes arcū, uelox pedibus suis, ascēsor equi & robustus corde, ad tēpus potuit uideri. Vnde notādū & cōsideratiōe dignū est, qđ quotiēs hic malū eis intētat p̄ enunciatia uerba hęc, strideo subter uos, peribit fuga, nō obtinebit fortis uirtutē, nō saluabit robustus, nō stabit tenens arcū, nō saluabitur uelox, nō saluabit ascēsor equi, fugiet robustus corde: totidē uicibus, id est octies, Vx generatiōi illi, inclamat dñs noster. Vx (inquit) uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui clauditis regnū cœloꝝ ante hoies: uæ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q̄ comeditis domos uiduarū, oratione longa orātes: uæ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q̄ circuitis mare & aridā, ut faciatis unū profelitū: uæ uobis duces cæci, q̄ dicitis, quicūq; iurauerit per templū, nihil est: qui autē iurauerit in auro tēpli, debet: uæ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui mūdatis qđ de foris est calicis & parapetis: intus autē pleni estis rapina & immunditia: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, q̄ similes estis sepulchris dealbatis, q̄ à foris apparet ho minibus speciosa: intus uero plena sunt ossibus mortuorū & omni spurcitia: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui ædificatis sepulchra prophetarū, & ornatis monumēta iustorū. ¶ Ecōtra respiciendū, quia totidē, id est octio uicibus sanctos suos beatificat idē dominus. Beati (inquit) pauperes spūs: Beati mites: Beati qui lugent: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiā: Beati misericordes: Beati mūdo corde: Beati pacifici: Beati qui persecutionē patiuntur propter iustitiā. Item damnationis infelicū quot uerba sunt. Superius digesta, strideo subter uos, &c. totidē, id est octio beatitudinis sanctos: p̄dicationes sunt, quoniā ipsoꝝ est regnū cœloꝝ, quoniā ipsi possidebunt terrā, quoniā ipsi consolabuntur, quoniā ipsi habitabuntur, quoniā ipsi misericordiā cōsequētur, quoniā ipsi deū uidebunt, quoniā filij dei uocabuntur, quoniā ipsoꝝ est regnū cœlorū. ¶ Nec frustra & hic numerus octonarius in remuneratione priorū, & illic in dānatione cōsideratur impiorum: quia uidelicet utraq; pars octaua mundi ætate consummabitur, & tunc manifeste scietur, quia iudicia domini iusta & uera sunt: nec ex parte, ut nunc, sed integre cognoscetur, qđ uero iudicio fiat uel factum sit illud, quod hactenus itidem octio uicibus ait, non conuertam eum: quæ summa trium & quatuor scelerum uindicta est.

Octo uæ contra scribas & phariseos.
Mat. 23.

Octo beatitudines.
Math. 5

Octonarius numerus mysterium.

FINIS LIBRI PRIMI IN AMOS.

RUPER TI ABBATIS
TVITIENSIS IN AMOS PROPHE TAM.
COMMENTARIORVM LIBER SECVNDVS.



Prover. 27

Agna ualde, & nihilominus iusta iudicia dñi, maxime circa gentē Israelitica admirāda sunt: quia uidelicet gens illa, sicut pro parte electoꝝ cūctis gentibus insignior, ita pro parte reproborū cūctis corā deo & corā hoibus facta est uilior, dānata in p̄senti qđ in futuro seculo: & hęc iudicia sunt quidē digna admirāda, sed nō nimis importune scrutāda. Scriptū est em̄. Et qđ nimius scrutator est maiestatis, opprimet ab ea. Quis porro nimius scrutator maiestatis ē iudicandus, nisi qđ extra qđ debet, maiestatem scrutat: Certus quippe est locus in qđ tantūmodo illā scrutari nobis cōceditur, quidelicet locus sc̄tā scriptura ē. In illa & illā tantūmodo licere nobis iudicia dñi scrutari, Psalmista testat, cū dicit. In labijs meis pronūciaui oia iudicia oris tui, addēdo nāq; oris tui, cōtentū se ēē indicat autoritate uel testimonio scripture sacre, quā utiq; locutū ē coram domino, & quis extra illā iudicia dñi scrutatur, nisi qui prop̄riū cordis suspitionem testatur. Talis utiq; scrutator maiestatis nimius est: unde & oppressus ab ea, diuersas & cōtrarias